



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

Avenionense. 1337.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14646

CONCIL. AVENIONENSE. 341
sigilli. Sic verum est prout continetur.
Manu propria & P. Narbonensis. Datum
ut suprà.

CONCILIVM AVENIONENSE
Habitum anno MCCCXXXVII.

Statuta provincialia edita per Reverendos
Patres Dominos Arelatensem, Ebredunen-
sem, & Aquensem Archiepiscopos, cum suf-
fraganeis eorundem, in monasterio sancti
Ruffi.

In nomine Domini. Amen. Antiqui
patres, sanctitatis grātia præditi, tam
exemplō quām opere beatitudinis mune-
re affluentēs, curam pastoralis sollicitudi-
nis salubriter exercentes, sua sœpius Con-
cilia celebrarunt, in quibus per justitiæ
regulam suis consuluerunt temporibus op-
portunis regimini ecclesiasticæ disciplinæ
..... obviarunt. Ideo nos permissione
divina Gasbertus Arelatensis, Bertrandus
Ebredunensis, Armandus Aquensis Ar-
chiepiscopi, prædictorum patrum anti-
quorum vestigijs inhærentes, ac subdito-
rum nostrorum saluti, quantum nobis ex
alto permittitur, prospicere cupientes,
de infraſcriptorum Episcoporum suffraga-
neorum nostrorum præsentium ac procu-

Y iij

342 CONCIL. AVENIONENSE.
ratorum nostrarum provinciarum absen-
tium consilio & assensu, videlicet nos
Gasbertus Arelatensis Archiepiscopus
cum venerabilibus in Christo Patribus
Dominis eadem gratia Petro Aurayensi,
Hugone Tricastrinensi, Iacobo Tholo-
nensi, Hugone Carpentoratensi, Phi-
lippo Cavallicensi, Iohanne Massiliensi,
Iohanne Avinionensi & Vaisonensi, &
cum Arelatensis, Aurayensis, & Vasio-
nensis Capitulorum procuratoribus suffi-
cienter comparentibus, & nos Ebreda-
nensis Archiepiscopus cum Bertrando
Senescensi, Elizario Dignensi, Glanda-
tensi, Arnaudo Vencensi, & Guillelmo
Niciensi, & cum discreto viro Magistro
Iohanne Duranti Clerico intitulato in
Ecclesia Graffensi procuratore venerabi-
lis Patris Domini Gaufridi Episcopi Gra-
fensis absentis, & cum Senescensis, Glanda-
tensi, Graffensi, Vencensi, & Ni-
ciensi Capitulorum procuratoribus suffi-
cienter comparentibus, & nos Armandus
Aquensis Archiepiscopus cum Bartholo-
mæo Forojuliensi, Gaufrido Regendi,
Rostagno Sistaricensi, & Guillelmo Ap-
tenisi Episcopis nostris suffraganeis, &
cum religioso viro fratre Laurentio de
Sperrone Priore prioratus de Alomone
Vapincensis diocesis ac procuratore w.

nerabilis Patris Domini Dragoneti Episcopi Vapincensis absentis, ac cum Regensis, Sistaricensis, Aptensis, & Vapincensis Capitulorum procuratoribus sufficienter comparientibus, in loco seu monasterio sancti Ruffi ordinis sancti Augustini, Avinionensis diocesis, Arelatenis provinciae supradictæ, provinciale Concilium celebrantes, prorogata primò jurisdictione de loco ad locum per nos Ebredunensem & Aquensem Archiepiscopos nostrisque suffraganeos praesentes, nobis Gasberto Arelateni Archiepiscopo & Iohanne Avinionensi Episcopo & procuratoribus supradictis consentientibus, ad honorem omnipotentis Dei & praecelsæ gloriose virginis matris suæ, totius cœlestis curiæ beatorum, ac morum reformationem, delictorum & excessuum correctionem, & animarum nostrarum & subditorum nostrorum utilitatem, & statum ecclesiasticum salubrius conservandum, hoc sacro approbante Concilio ad infrascripta statuta edenda seu eorum aliqua ordinanda, reformanda, & declaranda processimus ut inferius continetur. Protestati tamen fuimus ante omnia quod per infrascripta statura seu eorum aliqua statutis provincialibus vel synodalibus seu Ecclesiarum cathedralium vel collegiata-

Y iij

344 CONCIL. AVENIONENSE.
rum olim rationabiliter edita in nostris
provinciis derogare non intendimus, nū
si & in quantum dictis nostris statutis in-
frascriptis reperirentur per contraria-
tem vel aliās obviare.

*De Missa beate Mariæ semel in hebdomada
celebranda.*

C A P. I.

IN primis statuimus & communiter or-
dinamus quod Missa de beata Maria,
additis Collectis Ecclesiæ tue & Deus à quo,
in die sabbati, si festum novem lectionum
non impedit, alioquin in alia vacante
feria sequentis hebdomadæ, pro pace &
tranquillitate & bono statu Ecclesiæ con-
servando, & inimicis ejus ad cor & pa-
nitentiam convertendis, solemniter in sin-
gulis nostrarum provinciarum Ecclesiis ce-
lebretur. Et ut ad conveniendum fideles
ferventiū inducantur, singulis ad dictam
Missam venientibus, verè pœnitentibus
& confessis, dies de injunctis sibi
pœnitentiis misericorditer relaxamus.

*De indulgentia associantibus corpus Christi,
dum ad infirmos portatur, concessa.*

C A P. II.

SI propter Christum reverentia sancti
eius impenditur, dignum est sacramen-

ejus corpus coli veneratione præcipua,
quod utique pro nobis in illius passionis
memoriam consecratur. Statuimus igitur
& jubemus quòd singuli Rectores, Prio-
res, & Vicarij Ecclesiarum nostrarum
provinciarum, civitatum, & dioecesum
parochianos suos salutaribus monitis in-
ducere studeant ut corpus Domini nostri,
dum ipsum portat Presbyter in viaticum
ministrandum, reverenter affocient & lu-
minum adhibitione decenter honorent; il-
lis qui associabunt de die vel de nocte de-
cem, qui verò cum luminaribus xxx. die-
rum indulgentiam ex concessione nostra,
dum tamen verè pœnitentes & confessi
fuerint, habituris.

*De indulgentia concessa devote intercedentibus
apud Deum pro Domino Papa & ejus
regimine prosperando.*

C A P. III.

ITEM cùm secundùm sacræ scripturæ
testimonium multùm valeat depreca-
tio justi assidua, eò quòd oculi Domini
super justos, & aures ejus in preces eorum,
ut Psalmista testatur; pia deliberatione
præsentis Concilij duximus concedendum
quòd quisquis fidelis Christianus verè pœ-
nitens & confessus nostrarum provinciæ

346 CONCIL. AVENIONENSE.
rum, civitatum, & dioceſum devotè ora-
tiones fundere & pia vota emittere cura-
verit, præſertim in Miſſarum ſolemniis,
ante diuinæ majestatis conſpectum, à quo
cuncta procedunt bona, ut per ſuam inef-
fabilem miſericordiam ſanctiſſimum Pa-
trem & Dominum Papam regere & in ſu-
pacis gratia conſervare ac cuſtodire, fi-
démque catholicam toto orbe terrarum
multiplicare, quilibet namque noſtrum
Archiepifcoporum per totam ſuam ci-
tatem, & quilibet noſtrum Epifcoporum
per totam ſuam ciuitatem & dioceſim,
de injunctis talibus poenitentiis XL. dieſ
miſericorditer relaxamus.

*De indulgentia confeſſa fidelibus audito nomi-
ne Iesu Christi inclinantibus ſe devote.*

C A P. I V.

CV M felicis recordationis Dominus
Gregorius Papa decimus per ſacrum
conſtitutionis oraculum invitaverit quo-
libet nominis Christiani charactere inſi-
gnitos, ut nomen illud quod eſt ſuper om-
ne nomen, à quo non eſt ſub cœlo aliud
da tum hominibus, nomen videlicet Iesu
Christi, exhibitione reverentiae ſpeciali
attollerent, & præcipue dum aguntur
ſancta mysteria, quandounque illud re-

colitur veneratione dignum devota capi-
tis inclinatione monstrarent; nos de no-
strorum subditorum salute solliciti, vo-
lumus ut singuli Rectores & Vicarij Eccle-
siarum nostrarum provinciarum & dioce-
sum ad hoc ipsum faciendum plebes sibi
subjectas efficaciter inducant. Et ut illud
lubentiūs faciant quò uberioris retribu-
tionis præmium exinde senserint proventu-
rum; nos singulis in illius gloriosi nomi-
nis memoria se inclinantibus reverenter,
utique verè pœnitentibus, eis concedi-
mus x. dies indulgentia, quotiens, ut præ-
fertur, id fecerint, salutaris.

*De claudendis fontibus baptismalibus, ne quis
in eis sordidum tradere possit.*

C A P . V .

SACRI fontes, in quibus originalis
aboletur culpæ contagium per bap-
tismalis aquæ visibile sacramentum, coli-
debent digno venerationis honore, ut nec
inde votis contrectationibus pateant, nec
intrinsecus advenientium inquinamento
fordeuant. Statuimus igitur ut singuli par-
rochialium Ecclesiarum Rectores nostra-
rum provinciarum, civitatum, & dioce-
sum, in quibus sunt fundati fontes hujus-
modi, eos sic claudi cum clavibus faciant

348 CONCIL. AVENIONENSE.
& aptari, & clausos teneant & aptatos,
quod nullus sordibus ad illos ingressus im-
mineat, potiorque reverentia illius quod
inibi traditur sacramenti succrescat; v.
solidorum poena quibuslibet ferenda qui
hoc contempserint agere, in opus Eccle-
siæ vel pios usus alios ad nostrum arbi-
trium cedendorum.

*De sacramento Eucharistiæ in tempore Pascha-
li à parochialibus solummodo Presbyters
ministrando.*

C A P. VI.

TEM desiderantes illud præceptum
generalis Concilij pro animarum sa-
lute & catholicæ fidei testimonio salubri-
ter institutum, quod omnis utriusque sexus,
postquam ad annos discretionis pervene-
rit, reverenter recipiat ad minus in Pal-
cha Eucharistiæ sacramentum, sic à fide-
ibus Christi sollicitudini nostræ com-
missis volumus efficaciter observari, quod
nulli quæfisis coloribus & simulatis devo-
tionibus vel alias, dum ab aliis quam pro-
priis sacerdotibus recipere velle se affe-
runt corpus Christi, fraudem querentes
facere canoni, fraudulent potius semerip-
pos, præsentis Concilij deliberatione sta-
tuimus inhibendo quod Curati nostrarum

CONCIL. AVENIONENSE. 349
civitatum & diocesum & provinciarum
nulli parrochiano suo , cujuscunque con-
ditionis aut sexus existat , in festo Paschæ
nec in octo diebus immediate præceden-
tibus & octo subsequentibus concedant
licentiam recipiendi , nisi ex causa infir-
mitatis , nec etiam alicui ministrandi seu
conferendi sacramentum Eucharistiæ ex-
tra Ecclesias suas parochiales vel aliæs
Ecclesias ubi per ipsos Curatos ministrari
extiterit consuetum . Si qui autem Curati
hujus statuti fuerint transgressores , au-
toritate præsentis Concilij excommuni-
cationis incurvant sententiam ipso facto .
Prælati autem sic præsens statutum dili-
genter observent ut alicui , nisi ex causa
rationabili , recipiendi sacramentum præ-
dictum illo tempore alibi quâm in parro-
chiali Ecclesia non concedant .

*Vt beneficiati , aut in sacris ordinibus constituti ,
in diebus Sabbati à carnibus
habeant abstinere .*

C A P . VII.

TEM cùm deceat viros ecclesiasticos ,
præfertim beneficia ecclesiastica obti-
nentes , in modo vivendi sic inter homines
exemplariter conversari , ut laïci eorum in-
formentur exemplo , non autem ex Cleri-

350 CONCIL. AVENIONENSE.
corum abusu corruptis moribus deformen-
tur; statuimus quod Clerici beneficiati, aut
in sacris ordinibus constituti, abinde inan-
tea semper in diebus Sabbati pro honore
beatæ Mariæ carnibus abstineant, nisi ex
causa necessitatis, de qua comedentium
conscientia relinquitur, vel nisi festum Na-
talis Domini contingat in die Sabbati eve-
nire. Contrarium facientes, pro qualibet
die Sabbati quo carnes comedere attenta-
verint, per unum mensum ipso facto ab in-
gressu Ecclesiæ sint suspensi.

*Qualiter Prelati possunt benedicere in
diocesi aliena.*

C A P. V I I I.

IT E M statuimus quod quilibet nostrum
Archiepiscoporum prædictorum & sim-
plici Episcopi provinciarum nostrarum,
dum transitum facient per dictas provin-
cias, possint etiam in aliis diocesibus dicta-
rum provinciarum populum benedicere,
ut ex hoc populi devotio augeatur, & etiam
in diocesibus Arelatensi, Aquensi, & Eb-
redunensi civitatibus, exceptis duntaxat
iis & aliis locis in quibus alter ex dictis no-
bis Archiepiscopis vel diocesanus præsens
esset. Et si contingat eos in pontificalibus
celebrare vel prædicare vel facere coram se

CONCIL. AVENIONENSE. 351

pradicare , possint benedictionem episcopalem & indulgentiam concedere , ac vestes & altarium ornamenta benedicere , & calices ac altaria portatoria consecrare . Item sententiam excommunicationis vel interdicti latam ab uno , alij denuntiari & observari faciant , cùm à proferente super hoc fuerint requisiti ; addentes , quòd prædictæ sententiæ excommunicationis & interdicti nonnisi ex justis causis , & cum maturitate , & solemniter , proferantur .

De sententia excommunicationis ab Ordinario exigente rebellione & inobedientia per Prælatos alias publicanda.

C A P. I X.

ITEM statuimus quòd ex quo per propriam civitatem & diocesim per Prælatum aliquem suspensionis vel interdicti sententia competenti tempore fuerit promulgata , & ibidem exigente rebellione & inobedientiæ duritia per decem dies extiterit solemniter & publicè aggravata , ex tunc , requisito tamen proprio Metropolitano seu ejus Officiali , & approbatam publicante seu publicare faciente dictam sententiam , licitum sit eidem Prælato auctoritate Concilij ceteros Episcopos vel Prælatos requirere ut ipsius sententias ,

352 CONCIL. AVENIONENSE.
quarum tenorem & causam declarat in
scriptis, in suis districtibus servent & fa-
ciant observare, publicent & faciant die-
bus ad hoc congruentibus publicare.

*Qualiter contra illos qui excommunicationis
sententiam contemnentes, exemplo per-
niciosa peragunt, procedatur.*

C A P. X.

I TEM cùm censura ecclesiastica sit e-
moderamine auris ex-
cenda, quòd officium debitum operando,
non cogatur ad noxam ten-
dere quæ ad medelam & remedium est in-
ducta, & excommunicationis lata sententia
sic contra contumaces & in excommuni-
cationis sententia dormientes possint ex-
pressè à jure provisionibus aggravari, quod
ad peregrinas adinventiones & multiplici-
ter perniosas recurrere sit tam inutile
quam damnosum; statuimus quòd abinde-
inantea nullus ecclesiasticam jurisdic-
tionem exercens, contra excommunicationem
ab ipsis, quantocunque tempore excom-
municationis sententiam animo sustinue-
rint indurato, procedat ad faciendum
projici lapides in domum excommunica-
tionis sententia innodati, vel faciendum
venire Capellanum indutum veste facie-

C
ginq
in qu
sio. I
timer
tem l
vilipe
rat ac
runt
vitati
alios
prob
doti

dotali vel aliâs ad domum excommunicati prædicti , vel portandum literiam seu ferret vel alia similia quæ à jure non reperiuntur expressa , sed alijs à jure provis remediis utatur ad poenam contumacium aggravandam. Exercentes autem jurisdictionem ecclesiasticam hujusmodi qui contrarium fecerint , excommunicationis incurvant sententiam ipso facto , nec subditi nostri Curati vel alij eisdem teneantur in prædictis aliqualiter obedire.

*Vt censura ecclesiastica sic exigente contumacia
exerceatur quod nullus ultra juris
tramites abutatur.*

C A P . X I .

CETERUM abominabilis , proh dolor , sicut ad nostrum tam de longinquo quam è vicino pervenit auditum , in quibusdam partibus inolere cœpit abusio . Nam aliqui filij Belial , qui nec Deum timent nec homines reverentur , iniquitatem bibunt ut aquam : qui dum sententias vilipendunt , dum medicinam , quæ fuerat ad salutem , reisciunt , mortis incurvant periculum , & ad interitum suæ prævitatis exemplo nonnunquam inducunt alios & seducunt . Isti quidem in Dei opprobrium , in contemptum promulgatoris

Z

354 CONCIL. AVENIONENSE.
& sententiæ promulgatæ neglectum, non
minùs viliter quàm damnabiliter proce-
dere imò verius execrabiliter excedere
non reformidant; utpote dum adulterii
Presbyteri vel Prælati configentes offi-
cium, & interdictum sibi usurpantes mi-
nisterium, excommunicationem imò ve-
riùs execrationem versa seu perversa vici
in excommunicatores seu denuntiatores
fulminare præsumunt, accensos palearum
fasciculos, aut candelas de cepo, seu car-
bones titiones ardentes in patellis, con-
this, aut fertaginibus, vel similibus vitu-
perabiliter extinguedo. Cùm igitur talia
& iis similia in Dei vergant opprobriu-
& ecclesiasticæ disciplinæ redundant con-
temptum, statuimus & sub pœna excom-
municationis districtiùs inhibemus ne quis
Clericus vel laicus, cujuscunque ordinis
conditionis, vel status existat, rem tanta
perniciei de cetero per se vel per alium
aut pro se vel alio attentare præsumat.
Qui verò hujusmodi saluberrimi statut
transgressor extiterit, & infra triduum
emendam exinde competentem non exhibuerit,
ex tunc se sciatis ipso facto excom-
municationis vinculo innodatum. Locu-
autem ubi hæc vel similia domino lo-
sciente vel mandante vel ratum habente
vel postquam requisitus fuerit, vel ejus

CONCIL. AVENIONENSE. 355

locum tenens, infra decem dies corrigere negligente, præsumpta fuerint, ecclesiastico tamdiu sit & remaneat suppositus interdicto, donec ad mandatum Ecclesiæ, quam delinquens offendit; & Prælato, quem irreverenter despexit, sufficiens & idonea satisfactio & realis emenda præstata fuerit per eundem: quam, cùm in talibus non sit relaxanda vindicta, offensus Prælatus mininè remittere valeat ullo casu. Eisdem poenitentiis subjacere volumus illos & illas qui vel quæ talia fieri mandaverint, vel alias opem vel operam aut consilium præbuerint, si rem tam detestabilem prodire contingerit detestabiliter in effandum; addito, quod eorum posteri usque ad secundam generationem in Clericorum collegium nullatenus admittantur, nisi prius per Metropolitanum cum uno suffraganeo cum ipsis fuerit super hoc misericorditer dispensatum. Si verò Clericus beneficiatus, vel in dignitate seu personatu vel officio constitutus, taliter excederit, ultra poenam laico inflictam, beneficio, si quod in provinciis nostris obtinet, sit ipso facto præsentis Concilij auctoritate privatus; non beneficiatus autem ad obtainendum ecclesiasticum beneficium sit tunc inhabilis & indignus.

Z ij

356 CONCIL. AVENIONENSE.

*Ne ecclesiastica personæ titulum jurisdictionis,
quam pacifice possederint, curia seculari
ostendere teneantur.*

C A P. X I I.

IT E M quod seculares domini, cuius cunque conditionis existant, vel Ballivi seu Officiales eorum, qui Prælatos vel alios Ecclesiarum Rectores cogunt ostendere quare merum seu mixtum imperium aut justicias altas, medias, vel minores tenent, licet tenuerint pacifice multis annis, & si coram eis hoc non probetur, usurpare, accipere, ac sibi applicare sine alia causæ cognitione motu proprio non verentur; si à talibus excessibus deflere moniti neglexerint, & ad usurpandum sine alia rationabili causa processerint, tam ipsi quam illi qui eis in hac parte obedient, excommunicationis incurvant sententiam ipso facto.

Vt persona ecclesiastica per nullum judicium temporalem in criminalibus vel personalibus distingatur.

C A P. X I I I.

IT E M quod nullus dominus temporalis, vel judex, seu subdelegatus ejus

dem, cuiuscunque conditionis, dignitatis, vel status existat, Clericum vel personam ecclesiasticam aut religiosam coram se super criminalibus vel personalibus citet vel citari faciat seu quoquo modo distringat, exceptis causis feudalibus in casibus à jure concessis. Quod si fecerit, & in hoc persistiterit, si infra dies octo non se correxerit, & quod incautè præsumperit non relaxaverit, ex tunc sententiam excommunicationis incurrat.

VI. Clericus contra Clericum ante judicem sacerdotalarem vel alium laicum pro facienda iustitia vel inferenda violentia non recurrit.

CAP. XIV.

IT E M prohibemus statuendo, & statuimus prohibendo, ut nulla persona ecclesiastica de Clerico vel ecclesiastica persona qualitercunque conquerens super spiritualibus vel ecclesiasticis aut criminalibus vel personalibus, recurrat ad Curiam vel Principem aut Dominum alium securalem vel alium quemcunque super iustitia facienda vel violentia Clerico in persona vel rebus ad eum pertinentibus inferenda, nec cum ipso vel ipsis super eisdem fine conscientia Prælati vel Officialis sui pactum aliquod inire præsumat, nec fa-

Z iii

358 CONCIL. AVENIONENSE.
ctum observet. Alioqui querelam expo-
nens, vel denuntiationem faciens, & in
eis persistens, vel cum eis paciscens, &
pactum observans, à jure suo eo ipso ca-
dat, nulla alia super hoc sententia expe-
ctata; & donec super hoc ad arbitrium
Prælati satisfecerit, omni beneficio ecclæ-
siastico quod obtinet poverit se suspen-
sum, & ab obtainendo indignum.

*Provisio contra illos qui bona & jura Ecclesiæ
rum & ecclesiasticarum personarum subtra-
hunt, diminuunt, dissipant, & invadant.*

C A P. X V.

Q VONIAM aliqui suis finibus non
contenti, passim aliena diripiunt,
& ecclesiasticas libertates infringere no-
verentur, approbante præsenti Concilio
statuimus quod quælibet persona seculare
aut ecclesiastica, nobilis aut alia, cuius
cunque præminentia, dignitatis, officii
conditionis, aut status fuerit, quæ Eccle-
sias aut Capellas, seu earum cimiteria,
hospitalia, reclusoria, domos, posses-
siones, loca, villas, castra, census, raschos,
trezena, laudimia, vintena, lesdas, peda-
gia, molendina, piscarias seu resclaufas,
pascerias, jurisdictiones, sive alia quæcum-
que jura, sive etiam earum homines, aut

familias, animalia, seu bona quælibet immobilia aut mobilia valorem decem solidorum monetæ currentis excedentia, sive domos religiosas, aut hospitalia, sive reclusoria, vel leprosarias quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare, seu retinere gadiare perse vel per alium, vel inquietare quomodolibet, seu turbare, necnon & qui contra Ecclesias, seu Capellas, aut Clericos sive personas ecclesiasticas, seu earum homines, loca, villas, castra, seu mansiones, aut contra libertates ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut hospitalia, sive reclusoria, vel leprosarias, quomodolibet edere vel facere quævis statuta sive banna vel præconisationes aut novitates quascunque, sive quilibet ex prædictis directè vel indirectè violentias & molestias irrogare, seu eis super bonis quibuslibet ecclesiasticis seu patrimonialibus questas aut tallias aut angarias aut parangarias aut novitates quilibet aliqualiter imponere vel inferre, sive domos Ecclesiarum aut Clericorum aut ecclesiasticarum personarum occasione quacunque ferendarum seu prolatarum, seu eorum bona quæcunque bannire, seu etiam vias novas aliquas ubilibet adinveneri vel facere per quas Ecclesia vel earum villæ, castra, vel loca in pedagiis sive les-

Z iiiij

360 CONCIL. AVENIONENSE.
dis aut quibuslibet aliis juribus possint in
aliquo diminui vel etiam pejorari, sive iti-
nera aut vias vel stratas publicas vel pri-
vatas infra limites, territoria, vel districtus
locorum, villarum, sive castrorum eccl.
siaisticæ jurisdictionis auferre, vel sibi ap-
propriare quomodolibet, attribuere, seu
etiam applicare, vel terminos eorum ar-
tare præsumperit seu attentaverit per
suam potentiam aut violentiam sive mali-
tiam, aut in prædictis vel aliquo prædicto-
rum dederit auxilium, consilium, vel fa-
vorem publicè vel occultè, nisi infra sex
dies supra iis captionis, turbationis, vel
inquietationis, sive præsumptionis hujul-
modi per emendam aut revocationem de-
bitam, seu alias, ut res exiget, plenè sa-
tisfecerit, excommunicationis sententia
subjaceat ipso facto. Quam quidem sen-
tentiam excommunicationis, cùm de pra-
missis seu eorum aliquibus cuilibet Ord-
nario aut ejus Officiali summariè & de
plano constiterit, ex mero officio & sine
strepitu judicij & figura volumus & sta-
tuendo mandamus executioni debitæ per
ipsum quemlibet Ordinarium seu Officia-
lem certificatum de plano mandari per
universas Ecclesias nostrarum provincia-
rum, civitatum, & diocesum, sicut vide-
rit expedire commodius. super quo tam

in genere quam etiam contra quascunque personas singulariter nominandas plenam habeat facultatem. Et insuper etiam ad aggravandam hujusmodi sent
expedire. Et si dominus vel Rector civitatis, castris, villæ, vel loci alicujus, vel Officiales ejus, in prædictis vel aliquo prædictorum culpabilis fuerit, & super sex dies in excommunicatione perstiterit, civitas, castrum, vel villa, vel locus hujusmodi subjaceat interdicto. Si vero universitas deliquerit in prædictis, illi qui universitatem vel singulares personas ad id induxerint, commoverint, vel defenderint, vel singuli qui in aliquo præmis-
torum culpabiles fuerint, post sex dies ipso facto sententiam excommunicationis incurvant; universitas vero ipsa, nisi infra decem dies emendam fecerit competentem, ecclesiastico subjaceat interdicto. Si vero prædicta injuria per quemlibet illata fuerit, & Dominus vel Rector aut officialis, in cuius jurisdictione prædicta fuerit injuria irrogata, requisitus per Ordinarium seu Vicarium vel Officiale ejusdem vel locum tenentem vel vicegerentem aut etiam delegatum, infra decem dies satisfactionem vel emendam fieri non fecerit competentem, excommunicationem se noverit incurrisse: quam si per decem dies

362 CONCIL. AVENIONENSE.
sustinuerit, terra cui præfuerit ecclesiastico subjaceat interdicto.

Provisio contra illos qui bona ecclesiastica invaserint vel quomodolibet occupaverint.

C A P. X V I.

IT E M statuimus & etiam ordinamus quod quæcunque persona, cujuscunque gradus, dignitatis, status, vel conditionis existat, quæ bona quæcunque sive jura ad Ecclesias & personas ecclesiasticas quomodolibet pertinentia detinet occupata, vel quæ in præjudicium Ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum & jurium earundem aliquas fecerit indebitas novitates, plenè restituat, & cum effectu revocet, & satisfactionem faciat infra mensem postquam fuerit requisita. Quod nisi fecerit, excommunicationis sententiam se nonoverit incurrisse. Et si universitas, vel Dominus, vel Rector, aut Officialis, fuerit in prædictis culpabilis, universitas illa & locus hujusmodi, ubi prædicta seu alia quod prædictorum commissa fuerint, si sub ejus dominio fuerint, alioquin locus suus ubi habuerit suum domicilium principale, ecclesiastico subjaceat interdicto. Universitatem autem sufficienter requiri tam quoad præsens propositum reputa-

mus, cùm Dominus, vel Officialis, qui ibi præfuerit, nominatim expressa injuria, ut eam revocare faciat, fuerit requisitus, vel cùm per tres dies dominicos publicè, dum celerabuntur divina mysteria, per sacerdotalem parrochiale vel ejus locum tenuentem de mandato Ordinarij vel Officialis ejusdem significatum fuerit quòd de injuria, novitate, damnis nominatim exprimendis satisfaciant competenter.

Vt illi qui res ecclesiasticas qualitercunque tenent, alienationem non faciant earum, sub certa pœna, sine licentia illius ad quem pertinent speciali.

CAP. XVII.

ITEM cùm quidam suæ salutis immemores, tenentes ab Ecclesiis castra, villas, domos, terras, nemora, prata, seu quasvis alias possessiones in emphitheosim, vel sub tertio feudo, dominio, senhoria, censu, servitio, pensione, vel præstatione quacunque, plerunque illas vel illa vendunt, permuntant, vel donant, seu alias ignorante domino distrahabunt, nulla de emphitheosi, feudo, dominio, senhoria, cen- su, servitio, pensione, vel præstatione, quòd ab Ecclesia teneatur, habita mentione, quinimo interdum ipsas tanquam

364 CONCIL. AVENIONENSE.
ab omni censu & servitio seu quovis
alio jure Ecclesiis debito liberas alien-
nant, nos tam saluti talia volentium at-
tentare quam indemniti Ecclesiarum
providere volentes statuimus quod qui-
cunque ab Ecclesiis tenens nostris vel no-
bis subjectis castra, vel villas, domos,
possessiones, vel alias res immobiles, seu
loca, vel jura, cum ad venditionem, do-
nationem, permutationem, vel quamvis
alienationem earum vel eorum duxerit
procedendum, de feudo, emphitheosi,
etiamsi canon vel pensio propter ea non
solvatur, censu, dominio, servitio, vel
senhoria, pensione, seu quavis alia pra-
statione eidem Ecclesiis debita, etiamsi in
alienatione de jure vel consuetudine non
illius a quo tenetur requirendo scientia
vel consensu expressam debeat facere men-
tionem. Alias, si aliquid prædictorum Ec-
clesiarum debitorum in contractu seu aliena-
tione hujusmodi negaverit vel scienter
omiserit, incurrat excommunicationis sen-
tentiam ipso facto. Eandem poenam incur-
rat Notarius qui scienter sine expressione
hujusmodi de contractu fecerit instrumen-
tum.



*Ne quis in loco suo retineat bona Ecclesiarum
alibi indebitè ablata.*

C A P. XVIII.

ITEM quòd loca ad quæ bona Ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum per violentiam manifestam seu notoriā injuriam sine causa probabili ablata, occupata, seu arrestata devenerint, tamdiu post decem dies ex quo significatum fuerit locorum Domino vel Rectori interdicta sint & permaneant, quandiu bona hujusmodi ibi fuerint & competentem non exihuerint emendam.

*Vt secularis potestas Clericum per ipsam captum
citò judici suo restituat, nihil exigens
ab eodem.*

C A P. XIX.

ITEM quia privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, attendantes quòd nonnulli temporales domini, Vicarij, & alij secularis curiæ officiales obtentu & occasione aliquarum licentiarum ex causa eis ad certum tempus vel simpliciter vel ad certas personas ab Archiepiscopis vel Episcopis concessarum, hac occasione, prout comperimus, manus temerarias ad capiendum Clericos passim

366 CONCIL. AVENIONENSE
& indifferenter aliásque personas ecclē-
esiasticas incurialiter & eo modo quo pos-
sunt turpius ad majorem confusionem Ec-
clesiae atque Cleri extendere non veren-
tur, quinimo ipsos suis mancipant carce-
ribus, ac ibidem nonnunquam eos radi fa-
ciunt totaliter, seu etiam mutare habitum
permittunt, ut palliare possint excessus
fuos & illos confingere Clericos non fuisse,
vel non esse in possessione clericatus seu
quasi, in suarum periculum animarum &
enervationem ecclesiasticæ libertatis, pro-
hibemus ne à quocunque talia vel similia
de cetero attententur, revocantes ex nunc
literas sub quacunque forma verborum
super hujusmodi captionibus vel detentio-
nibus generaliter vel specialiter per literas
vel oraculo vivæ vocis vel aliàs quomo-
dolibet faciendis concessas. Alioquin con-
trarium facientes, cujuscunque status, con-
ditionis, vel dignitatis existant, sive sint
laici, sive ecclesiasticæ personæ regula-
res seu etiam seculares, hanc nostram ex-
communicationis sententiam, quam in iis
scriptis præsentibus ferimus, incurrere vo-
lumus ipso facto; nisi fortè in eo duntaxat
casu, cum scilicet eos adhuc flagrante cri-
mine capi contingerit, antequam ad alios
actus extraneos divertant, recta via eos ad
curiam ecclesiasticam duxerint, ac eos re-

CONCIL. AVENIONENSE. 367

stituerint sine fraude. Si vero de nocte tales ceperint, debeant ultimò in crastinum, sine retentione bonorum ipsorum & læsione personarum suarum, sine requisitione alia reddere curiae supradictæ; nec eis liceat aliquid à captis hujusmodi dono vel gratia sub colore aliquo extorquere, vel recipere gratis data. Quod si in castris vel villis captionem hujusmodi fieri contingat, adducant ipsos ad ecclesiasticam curiam vel transmittant quantocum sub fida custodia in expensis ipsius curiae moderatis. Quod si secus egerint, vel in fraudem super hoc aliquid attentaverint, eadem sententia involvantur. Et si Clericum detentum de loco ad locum mutaverint, omnia loca illa tamdiu remaneant interdicta donec Clericum captum cum armis & aliis rebus suis diocesano restituerint, & de injuria irrogata ad arbitrium diocesani satisfecerint, & ipsa sententia per ipsum fuerit relaxata.

Vt deferentibus literas pro jurisdictione ecclesiastica exercenda nulla injuria vel violentia inferatur.

C A P. X X.

CVM justitiæ jus suum cuique tribuenti & ipsius ministris ac rei pu-

368 CONCIL. AVENIONENSE.
blicæ plurimūm detrahatur, si processus
ipsorum ministrorum, iniquorum contin-
gat machinationibus impediri; nos vo-
lentes talium justitiæ cultum impedi-
tium cursus temerarios timore cohibent
districcionis ecclesiasticæ, provisione pra-
sentis Concilij duximus statuendum quod
si quis, cujuscunque conditionis aut status
existat, nuncios aut executores nostros
& suffraganeorum nostrorum, Officia-
lium, Vicariorum, seu eorum locatenen-
tium, ac vicegerentium, aut alias literas
vel scripturas judiciales nostras vel suffra-
ganeorum, Vicariorum, Officialium pra-
dictorum deferentes, hac occasione ver-
berare, capere, detinere, occultare, car-
ceri mancipare, vulnerare, interficere, vel
mutilare, seu literas vel scripturas prædi-
ctas auferre, seu eas rumpere, vel destrue-
re quoquo modo, vel ablata celare, vel
deferentes compellere ad frangendum,
vel, ut eorum verbis utamur, ad man-
ducandum hujusmodi literas vel scripturas,
aut qui prædicta seu aliqua prædictorum
fieri procuraverit, aut facientibus dede-
rit auxilium, consilium, vel favorem, ex-
communicationis sententiæ, quam ex nunc
ferimus, subjaceat ipso facto, à qua, nisi
priùs judici curiæ, cuius auctoritatem
contempserit, & passo injuriam, ac cete-

ris quorum intererit, prout excessus
atrocitas, satisfecerit, nullatenus absolu-
vatur.

*Prorogatio jurisdictionis in invasores & occu-
patores ecclesiasticorum bonorum
& jurium exercenda.*

C A P. X X I.

ITEM cùm quanto quis passus injuriam
in majori existit statu, tanto atrocior
injuria judicetur, & ideo sit cautiùs & ube-
nius providendum; statuimus ut si cui no-
strum Archiepiscoporum & Episcoporum,
Ecclesiarum nostrarum, nostrorum fami-
liarum, in personis vel rebus fuerit inju-
ria vel violentia irrogata, vel possessio seu
quasi turbata, sicut posset quilibet ex no-
bis Archiepiscopis & Episcopis & nostris
Officialibus & Vicarijs & vicegerentibus
& locatenentibus eorundem procedere de-
jure, consuetudine, vel statuto contra in-
juratores, violatores, & turbatores hujus-
modi, etiam si in propria dioecesi facta es-
sent, sic etiam possint si extra propriam
dioecesim & provinciam, dum tamen in-
fra nostras provincias sint commissa, sim-
pliciter, de plano, & sine strepitu & figura
judicij citare, informationes recipere, in-
quirere, diffinire, declarare, & omnem ju-

A a

370 CONCIL. AVENIONENSE.
risdictionem & censuram ecclesiasticam
exercere ad satisfactionem sufficientem &
debitam obtainendam. Per hoc autem non
intendimus quod Ordinario præjudicium
generetur, quinimo etiam ex officio pos-
sit procedere ad pœnam debitam im-
ponendam ac etiam ad faciendum satis-
ficien injuriam passis, si ab eis fuerit requisitus.
Et ut prædicta omnia & singula robori
obtineant firmitatem, nos omnes Archie-
piscopi & Episcopi & procuratores Epis-
coporum absentium super iis plenam &
expressam concedimus facultatem, ne
objici valeat contra tales processus quod
extra territorium jus dixerit sic procedens;
quia quoad præmissa & quodlibet pra-
missorum jurisdictionem nostram & cuius-
libet nostrum vicissim inter nos proroga-
mus, vices nostras nobis ad invicem & di-
ctarum provinciarum, civitatum, & dio-
cesum singulis cuiuscunque nostrum Offi-
cialibus & locatenentibus præsentibus &
futuris in solidum committentes; univer-
nostris subditis injungentes ut in præmissis
Ordinario aut ejus Officiali seu locatenen-
tibus sic procedentibus pareant & inten-
dant. Quod nisi fecerint, possit procedere
per censuram ecclesiasticam animadver-
te in eosdem. Et nihilominus, si nos Archi-
piscopi aut Episcopi per sic procedente

C O N C I L . A V E N I O N E N S E . 371

requisiti prætermiserimus suas in hac parte
requisitiones aliquatenus exaudire , aut id
super quo requisiti fuerimus non curave-
rimus perducere ad effectum ; requisitus eo
ipso per unum mensem auctoritate Con-
cilij à pontificalibus sit suspensus. Statuto
hujusmodi per decennium , & pòst aliud
decennium ; nisi revocatum fuerit , vali-
turo. Ita tamen quòd per hoc sic proce-
denti in aliena civitate vel diocesi nullum
jus aut jurisdictione in posterum ex longin-
quitate temporis vel aliàs post statutum
proximum terminum acquiratur.

*Vt excommunicati ad nullum publicum
Officium admittantur.*

C A P . X X I I .

T E M statuimus quòd excommunicati
in Iudices , Consules , Doctores , Re-
dores , Potestates , Assessores , vel Nota-
rios , vel ad alia publica quævis officia nul-
latenus assumantur nec etiam admittan-
tur. Et si de facto admissi fuerint , senten-
cia per eos vel eorum auctoritate lata , &
quicunque processus per eos vel eorum
auctoritate in judicio vel extra habitu , &
munimenta coram eis vel per eos facta ,
nulla & nulli sint ipso jure. Et nihilominus
quicunque , cujuscunque dignitatis , status ,
A a ij

372 CONCIL. AVENIONENSE.
aut conditionis existant, si tales excom-
municatos ad aliquod officiorum prædi-
ctorum scienter assumpserint, vel assum-
ptos per alios approbaverint vel confirma-
verint, excommunicationis incurvant sen-
tentiam ipso facto. Et si requisiti per Ord-
narium vel alium ejus nomine, hujusmodi
excommunicatos infra decem dies à tem-
pore requisitionis à prædictis officiis sic
assumptos non amoverint cum effectu,
loca illa in quibus ad aliquod prædictorum
officiorum assumpti fuerint, sint & tamdiu
remaneant ecclesiastico supposita interdi-
cto, donec sic excommunicati à suscep-
tis officiis realiter & sine fraude absque aliqua
restitutionis spe, quandiu in excommuni-
catione perstiterint, sint amoti. Univer-
tas autem, castra, vel villæ, quæ excom-
municatos & in Ecclesia publicè denun-
tiatos ad aliquod prædictorum offici-
orum assumpserint vel elegerint, ubi ei
alias hoc liceret, ecclesiastico sint etiam
supposita interdicto.

*Vt nullus sine superioris licentia alicui qua-
modolibet ministret toxicum vel
alia venenosa.*

C A P. X X I I I.

IT E M statuimus & sub poena excom-
municationis districtius inhibemus

aliquis apothecariorum vel quisvis alius, cuiuscunque conditionis vel status existat, toxicum vendat vel donet nec alio modo ministret alicui vel alia venenosa, nisi prius significet curiae Ordinarij, ut sciri possit suis temporibns, si casus toxicationis contingere, quis fuit emptor ille vel alias qualiscunque; quodque apothecarius qui libet ad hoc servandum juramento coram superiori suo corporaliter praestito pro se & sua familia specialiter astringatur. Alter autem vendentes, dantes, & homicidium perpetrandum recipientes quomodo libet, vel ementes, aut ad hoc consilium vel consensum tacite vel expressè præstantes, excommunicationis vinculo subjaceant, ad sedem apostolicam pro absolutionis beneficio remittendi, vel alias sicut justum videbitur puniendi.

Depenit toxicum vel herbas mortiferas in mortem alterius ministrantibus.

C A P. X X I V.

ITEM quod quicunque alium toxicare, aut opem ad hoc vel consilium dare, vel in necem alterius toxicum dictare seu vendere aut aliter ministrare præsumperit, vel herbas mortiferas in mortem vel abortivum cujusquam dederit, eo ipso excom-

A a iij

374 CONCIL. AVENIONENSE.
municationem incurrat. Et si Clericus beneficiatus fuerit, sit illo privatus beneficio ipso facto, & ab ordine quem suscepere degradetur, tradendus curiae seculari. Et tali vel simili suspicione probabili infamatus, & ex verisimilibus præsumptionibus & perspicuis indiciis apud bonos & graves notatus, ad honores vel dignitatem ecclesiasticam nullatenus admittatur; & nihilo minus ad detentionem personæ honestam, prout requiri personæ status & sceleris immanitas suadefit, ad inveniendam ventatis certitudinem, sicut superioris discretioni visum fuerit, procedatur.

Qualiter contra exemptos & privilegiatos in diversis abutentes suis privilegiis procedatur.

C A P. X X V.

IT E M dolenter referimus quod non nulli Religiosi, Hospitalarij, Cistercienses, & alij tam privilegiati quam exempti, de privilegiorum sibi fortè aut ordini suo indultorum prærogativa temerè confidentes, excommunicationis, suspensions, vel interdicti sententias ab Ordinariis vel Officialibus ipsorum rationabiliter promulgatas observare non curant, quinimo in contemptum clavium excommu-

nicatos, suspensos, & interdictos hujusmodi ad divina recipiunt, aut interdum in Donatos aut Confratres contra mentem Concilij Lateranensis admittunt; receptatorum in hac parte genus pessimum imitantes, sine quibus delinquentes in iis & similibus diu forsitan non laterent. Sed nec his contenti, domos conventuales alterius ordinis quam sui, eisdem Ordinationibus lege diocesana subjectas, & à fundatione jurisdictioni Prælatorum salva regula seu ordinis sui disciplina suppositas, tam prænominati quam ceteri Religiosi, etiam non exempti nec privilegiati, vendicare sibi & Prælatis quasi furtim succedente postmodum violentia subtrahere moliuntur; sique de suis indulgentiis seu privilegiis confidentes, alios fidentius in jure suo molestant; ita quod auctoritate immo temeritate propria, nunc in vestimentis ovium venientes, nunc seculari fulti potentia, violentiam per se vel per alium inferentes, possessiones & quasi domorum hujusmodi & rerum & jurium ad eas spectantium occupare & cum armis aliquotiens invadere non verentur, & occupata tenere contendunt in Prælatorum præjudicium, plurimorum scandalum, & enormem nihilominus ordinis cuius erant ab initio, & cui ab antiquo subesse consuever-

Aa iiij

376 CONCIL. AVENIONENSE.
runt, læsionem. Cùm ergo tales & enor-
miter excedentes & notoriè delinquentes,
receptatoribus non impares, ac improbis
raptoribus nequiores, perinde ut alios jura
censeant puniendos ; nos, quatenus in ip-
pos animadvertere possumus, & à jure no-
bis permittitur, & maximè si de privile-
giis suis non velint copiam facere requisiti,
volentes, ubi eos indulta sibi privilegia
non defendunt, correctionis & refor-
matiōnis officium exercere, & effrenatam
ambientium cupidinem reprimere cupien-
tes, statuimus & concorditer ordinamus
ut tales & similes in præmissis & similiter
tam enormiter delinquentes & notoriè
excedentes, nisi destiterint & saniori du-
cti consilio congruenter, infra dies octo
ex quo fuerint requisiti, revocare seu emen-
dare distulerint, unà cum illis qui se ad eos
sic ligatos conjunixerint, & eis qui transla-
tionem hujusmodi attentaverint, & exin-
de monasteria, domos conventuales, res
& jura hujusmodi occupare seu invadere
cum armis & sine armis præsumperint,
necnon & omnes qui eis ad hoc opem vel
operam præstiterint, aut ut sic occupata
detineant consilium vel juvamen præbue-
rint, non solùm excommunicationi sub-
jaceant ipso facto, sed etiam cùm ipsi Pra-
latis non deferant, sed potius vilipendant

eodem, Prælati è contra, quandiu sic fecerint, & ausu temerario eis vel Officiis eorum in præmissis restiterint, in privilegiis vel aliis juribus suis tueri eos vel defendere minimè teneantur. Dignum est enim ut qua mensura mensi fuerint, eadem remetiatur & eis, ut ignorantibus ignorari & contemnentes sentiant se contemni. Quia enim fronte Prælatorum invocabunt auxilium qui committere non formidant in ipsos? Statuimus insuper & præcipimus & communiter ordinamus ut singulares personæ tam suimet quam ipsius Conventus dictam translationem taliter fieri procurantes, ab illius domus seu Conventus consortio penitus & in perpetuum excludantur, vitam suam alibi sub arcta poenitentia sui superioris arbitrio finituræ. Circa translationem autem singularum personarum ad arctiorem fortè regulam transfere cupientium nihil per hoc intendimus extra formam à jure traditam immutare.

Vt Presbyteri Curati in testamentis parochiarum intersint, & per Episcopum distribuantur restitutiones incertæ.

C A P . X X V I .

ITEM ne relictæ in testamentis vel aliis ultimis voluntatibus emendæ vel ad

378 CONCIL. AVENIONENSE.
pias causas eleemosynæ vel restitutions
certæ vel incertæ forsitan occultentur, sta-
tuimus ut Presbyteri parrochiales interesse
rogentur ordinationi testamenti, si haberi
poterint, aut quod Notarius infra octo dies
obitus numerandos Prælato vel Officiali
aut Presbytero parochiali copiam illius
articuli, ubi quævis eleemosyna piis est usi-
bus deputata vel emenda seu restitutio fa-
cienda, sub poena excommunicationis,
quam ipso facto, si negaret, incurrat, fa-
cere fideliter teneatur, & ille vel illi sic
cum heredibus vel executoribus testatoris
ordinare festinent, quod emendæ non
occultentur, & eleemosynæ sic relictæ vel
restitutiones hujusmodi non pereant ad
tempus magnum vel modicum aut forte
perpetuò faciendæ. Adiicientes insuper
quod incertæ restitutions nulli per ali-
quem præter diocesani licentiam præbean-
tur, nec aliqui distribuere præsumant alibi
quam ubi Prælatus duxerit ordinandum,
nisi testator executorum suorum arbitrio
fiendam restitucionem & distributionem
hujusmodi ordinasset. Quo casu executo-
res à tempore mortis, ubi tempus restitu-
tionis vel distributionis non esset testa-
mento insertum, alias ab illo expressè tem-
pore computando, infra sex menses de-
beant fideliter defuncti exequi volunta-

tem. Quod si non fecerint, ex tunc dio-
cesani restitutions & distributiones incer-
tas faciant, intentionem defuncti, quan-
tum poterunt, imitantes. Executores au-
tem prædicti, ut magis materiam habeant
fideliter exequendi, de distributionibus &
restitutionibus prædictis diocesano tenean-
tur reddere rationem. Ad hoc autem adii-
cimus quod Presbyteri in synodis venien-
tes, Prælato suo vel Officiali ejus in scri-
ptis testatoris & executorum nomina &
quantitates hujusmodi præsentare in virtu-
te obedientiæ teneantur.

*Quod Episcopi in distributionibus legatorum
vocentur, prout est de consuetudine
vel de jure.*

C A P . X X V I I .

C V M in eo in quo alicujus interesse
tangitur rationabiliter, ejus vocatio
debita requiratur; volumus & jubemus
quod in distributione legatorum, quorum
divisioni seu distributioni vel executioni
habent interesse Episcopi de consuetudine
vel de jure, vocari debeant Episcopi seu
locatenentes eorum. Quibus equidem non
vocatis, nulla præsumatur fieri distributio
de legatis. Et si facta fuerit, heredi, seu
successori, vel illi cui relictum est, nulla

380 CONCIL. AVENIONENSE.
ex tali distributione liberatio acquiratur.

*Vt nullus Confessor sine diocesani licentia
quemquam præsumat absolvere in
casibus infrascriptis.*

C A P. XXVIII.

IT E M ut nullus , cujuscunque religio-
nis , ordinis , seu conditionis existat ,
confitentes in cujuscunque civitate vel dio-
cesi præter specialem vel generalem licen-
tiam ipsius diocesani de facto absolvere
quemquam vel ligare præsumat in casibus
eidem diocesano à jure , consuetudine , vel
statuto provinciali vel synodali specialiter
reservatis . Casus verò sunt hi . In excom-
municato à canone . In incendiario non
etiam publicato . In blasphemо famoso . In
votis commutandis vel relaxandis . In iis
quæ consueta sunt in diocesi Episcopis re-
servari , ut pote in oppressionе puerorum .
In homicidiis . In sacrilegiis ultra decem
solidos . In violatoribus Ecclesiarum . In
violatoribus ecclesiasticæ libertatis & im-
munitatis . In incestu cum consanguineis &
affinibus , in ascendentibus vel descenden-
tibus in infinitum , & in collateralibus ul-
que ad secundum gradum inclusivè . In car-
nali cognitione sanctimonialis , aut deflo-
ratione virginis violenta . In illis qui in Ec-

clesia commiserint luxuriam per carnalem copulam consummatam. In restitutionibus incertis ultra viginti solidos in una persona. In clandestinè contrahentibus. In eo qui consuetus est multo tempore pravitatem usurariam exercere. In falso teste. In falsario literarum vel instrumentorum, vel subtrahente aliena instrumenta seu delente. In falsario monetæ. In impediente Legatum sedis apostolicæ. In proditore domini vel patriæ. In hæresis sectatore. In supponente partum, vel necante, abortivum sibi vel alij procurante. In muliere quæ ab alio quam à marito proprio concepit infantem quem maritus suus æstimat esse suum, propter quem legitimi defraudantur hereditate paterna. In toxicante, vel aliud mortiferum ministrante, vel opem aut consilium adhibente. In coëunte cum Iudæa, vel Sarracena, vel bruto, vel equa. In sortilegii, ad quos communiter recurritur pro fortilegiis faciendis. In iis qui corpore Christi, oleo sancto, vel chrismate abutuntur. In depopulatoribus agrorum, vinearum, vel arborum. In excommunicatis qui scienter ingerunt se divinis, & commoniti nolunt Ecclesiam exire, divinum officium perturbantes. In illis qui scienter excommunicatorum corpora recipiunt ad ecclesiasticam sepulturam, vel ea sepeliunt ibi.

382 CONCIL. AVENIONENSE.
contra parochialis Presbyteri voluntatem. In illis qui scienter celebrant in Ecclesia interdicta , quibus à jure non est vel privilegio concessum , cùm ex hoc reconcilianda sit Ecclesia supradicta.

Vt nulla persona ecclesiastica occasione cessionis donationis , vel emptionis fraudulenter factæ quemquam audeat convenire.

C A P. XXXIX.

ITEM quòd nullus Clericus vel persona ecclesiastica ex causa vel occasione vel ratione donationis vel cessionis sibi factæ vel de cetero faciendæ , aut emptionis , permutationis , vel in solutum donationis , quæ emptio , permutatio , vel in solutum donatio in fraudem fieret , quemquam ordinario judice audeat convenire. Si secus egerit , excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.

De instrumentis debitorum soluto debito restituendis , & si apud creditorem remaneant cancellandis.

C A P. XXX.

ITEM cùm nulla juris patiatur ratiō quòd bis idem debitum exigatur , nos volentes materiam exigendi bis idem debitum & vexationem indebitam , quantum

possimus, amputare, statuimus quod nullus creditor Christianus vel Iudaeus, postquam fuerit sibi integrè de debito satisfactum, possit contra voluntatem debitoris instrumentum vel mandamentum soluti jam debiti retinere; nisi forsitan creditor ad aliqualem cautelam vellet instrumentum praedictum vel mandamentum, in praesentia solventis cancellatum & ruptum, apud se conservare. Quod si qui instrumentum vel mandamentum, ut praemittitur, cancellatum & ruptum penes se conservare voluerit, apocam, si petatur, tenetur facere de soluto. Creditor autem, postquam per debitorem soluto debito requisitus restituere vel rumpere & cancellare non curaverit instrumentum vel mandamentum praedicta, si Christianus fuerit, eo ipso auctoritate praesentis Concilij excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Si vero Iudaeus fuerit, a participatione fidelium sit expulsus.

Vt instrumenta debitorum & mandamenta post certum tempus nullam in foro ecclesiastico ad probationem debitorum habeant roboris firmitatem.

C A P . X X X I .

ITEM fraudibus creditorum, qui debitum bis in totum vel in parte exigere

384 CONCIL. AVENIONENSE.
plerunque nituntur, occurrere cupientes,
& negligentes jus suum persequi ad perse-
cutionis diligentiam invitantes, statuimus
& auctoritate præsentis Concilij ordina-
mus quæd in nostris curiis & suffraganeo-
rum nostrorum spiritualibus ac coram Of-
ficialibus nostris & suffraganeorum nostro-
rum nullum instrumentum publicum super-
mutuo seu deposito seu venditione & em-
ptione rerum mobilium confectum post
decem annos à tempore contractus & con-
fectionis instrumenti, si dies solutionis vel
solutionum non sit ibi appositus, alias à
tempore solutionis ultimæ computandos,
nullam fidem faciat nec approbationem
debiti ad quod suffragetur. Et hoc sive in-
strumentum hujusmodi ad faciendum pro-
bationem contra Clericos, sive etiam con-
tra laicos, ratione juramenti, vel de con-
suetudine alia, vel de jure, in curia spi-
tuali conventos, quomodolibet inducatur,
nisi infra prædictum decem annorum spa-
tium hujusmodi præscriptio per citationem
competentis judicis vel requisitionem sub
testimonio publici instrumenti factam ful-
set quodam modo interrupta. Mandamen-
tum autem vulgariter appellatum post tres
annos computandos ut suprà in prædictis
curiis spiritualibus nullam fidem faciat, nec
ullam habeat roboris firmitatem.

E.
ntes,
erse.
uimus
dina.
aneo.
n Of.
ostro.
super
x em.
post
z con.
is vel
alias a
ndos,
ionem
ive in
n pro.
n con.
e con.
a spir.
icatur,
n spa.
ionem
em sub
m fui.
damen.
ost tres
ædictis
at, nec
VI

CONCIL. AVENIONENSE. 385

*V*nnullus bona Ecclesiarum vacantium occupet,
nisi ad illum de consuetudine vel
privilegio illud spectet.

C A P. XXXII.

ITEM quod nullus omnino Prælatus, Abbas, Prior, vel Patronus, Clericus, vel laicus, cujuscunque conditionis, status, vel dignitatis, ordinis, vel religionis existat, bona Ecclesiarum vacantium, metropolitanarum, vel suffraganearum, præratus, abbatiae, vel alterius cujuscunque monasterij vel Ecclesiæ seu beneficij vel administrationis Ecclesiarum per promotionem aut mortem vel resignationem aut mutationem vel absolutionem aut alio quocunque modo vacantium capere per se vel per alium aut occupare vel usurpare præsumat, nisi sibi de jure vel privilegio aut consuetudine hoc liceret. *Quod si facerit, tam ipse quam gratis obedientes aliquiliter in hac parte, excommunicationis incurvant sententiam ipso facto.*

*V*nnulla persona ecclesiastica cum potestatibus secularibus posse habens, det consilium vel juvamen contra ecclesiasticas libertates.

C A P. XXXIII.

ITEM quod quilibet personæ ecclesiastice, secularium fortè Principum

B b

386 CONCIL. AVENIONENSE.

Curias & Consilia frequentantes, majores, vel minores, vel mediæ, cujuscunque dignitatis, ordinis, conditionis, vel status existant, si scienter contra Deum & justitiam aut ecclesiasticam libertatem in præjudicium alicujus Ecclesiæ vel Prælati aut Rectorum ecclesiasticorum consilium vel favorem aut juvamen ecclesiasticæ libertati contrarium dederint dari ve procuraverint publicè vel occultè, excommunicationis incurvant sententiam ipso facto: qua nisi emendato damno vel alio dispenso absolvantur.

Vt nullus in sacris ordinibus constitutus, curam habens animarum, in judiciis secularis curiae gerat officium publicum vel privatum.

C A P. XXXIV.

IT E M quod nullus Clericus habet curam animarum, vel in sacris ordinibus constitutus, possit esse de cetero sine sui Prælati licentia in judiciis sive in causa in curia seculari procurator, sindicus, auctor pro aliquo laïco, vel judex etiam a Baillivus in exercenda jurisdictione dominicae temporalis. Quod si monitus infra mensuram non destiterit, ex tunc talis, si beneficiis fuerit, beneficiis hujusmodi auctoritate

E.
jores,
ue di-
status
z justi-
n pra-
ati aut
im vel
liberta-
urave-
unica-
cto : d
dispen-

us, et
is sea-
vel pri-

haben-
is ordi-
ero fusi-
n canis-
us, ve-
iam an-
domini-
nensem-
neficia-
toritati-
CONCIL. AVENIONENSE. 387
præsentis Concilij suspendatur; non be-
neficiati verò à liminibus Ecclesiæ ar-
ceantur.

Demodo probandi electionem sepulturæ illorum
qui apud Religiosos eām elegisse dicuntur.

C A P. XXXV.

ITEM statuimus ne quis illorum funera
defunctorum, quos fratres Prædicato-
rum & Minorum ordinum & aliorum Reli-
giosorum apud se sepulturam elegisse pro-
baverint, deferri ad domos & Ecclesiæ
eorum impeditat, salvo tamen jure portan-
di funus ad parochialem Ecclesiam ex
consuetudine laudabili hactenus observata,
nec circa prædicta injuriam fratribus præ-
dictis aut funeri, omittendo solitam cam-
panarum pulsationem, vel aliter, inferre
præsumat. Super hac autem probatione
volumus summarie & de plano sine sum-
pibus & scriptura quacunque per exhibi-
tionem ordinationis testamenti aut produ-
ctionem testium coram parochialis Eccle-
sie Rectore procedi, si tamen potuerit &
voluerit interesse. Quo absente utique vel
interesse nolente, coram Officiali vel lo-
cumtenente ipsius, si funus in civitate fue-
rit, hoc probari sufficiat; vel coram per-
sonis publicis & honestis, si hoc extra civi-


B b ij

388 CONCIL. AVENIONENSE.
tatem fortasse contingat. Aliter equidem,
ubi erunt funera, ea de domibus extrahi
prohibemus; incursis excommunicatio-
nis sententiam ipso facto quibuscumque
contra tenorem hujusmodi constitutionis
extrahentibus de domibus funera, aut
facientibus, procurantibus, seu permit-
tentibus extrahi, seu associantibus in hoc
auxilium, favorem, aut consilium imper-
tiri. Et si infra unam diem naturalem non
fuerit facta probatio supradicta, funus
hujusmodi sepeliendum in cimiterio parro-
chialis Ecclesiae deponatur, ibi, donec sit
facta dicta probatio, remansurum.

*Vt sine novi impositione census vel veteris
augmentatione beneficia conferantur.*

C A P. XXXVI.

I TEM quod Prioratus seu beneficij al-
tri us ecclesiastici facta cum novi census
impositione vel pensionis antiquae aug-
mentatione collatio non valeat ipso jure,
& per proximum superiore illa vice per-
sonae idoneae sine dicti oneris vitio confer-
tur, ac si ad eum propter negligentiam
fuisset alias collatio dicti beneficij devo-
luta.



Vt monachi in Ecclesiis suis infra certum tem-
pus perpetuos Vicarios Ordinariis
representent.

C A P. X X X V I I.

ITEM statuimus quod in singulis Ec-
clesiis per monachos solitis gubernari
infra sex menses Piores eorum suis dioce-
sanis ad curam animarum perpetuos Pres-
byteros repræsentent. Quod nisi fecerint,
extunc hac vice Episcopi instituant Pres-
byteros in cura prædicta, & ipsos Piores
compellant ad providendum eisdem Pres-
byteris, prout idem instituens observato.
Viennensis Concilij statuto duxerit ordi-
nandum. Si verò qui super præmissis privi-
legia afferant se habere, ea infra sex men-
ses Ordinariis debeant exhibere. Quæ pri-
vilegia observentur.

Vt nullus beneficium conferat in quo jus
tantum obtinet patronatus.

C A P. X X X V I I I.

ITEM statuimus quod nullus in aliquo
beneficio ecclesiastico solum jus obti-
nens patronatus vel præsentationis dunta-
xat, cùm ipsum vacare contigerit, ad ip-
um conferendum procedat. Quod si secus
B b iij

390 CONCIL. AVENIONENSE.
egerit, in illa vacatione jus præsentandi
ipso facto amittat, & superior ejus, ad
quem institutio pertinet, plenam ejus dis-
positionem habeat illa vice.

*Vt Præsentatus Patrono non juret sine dio-
sani licentia, nec ab alio se institui pati-
tur, nec beneficium obtentum dimitat.*

C A P. XXXIX.

IT E M sub poena excommunicationis
præcipimus ne quis à Patrono Clerico
vel laïco præsentatus, aut etiam præsen-
tandus, ante institutionem præstet aliquod
juramentum in manibus Patroni vel alte-
rius cujuscunque sine speciali ipsius Ordinarij
licentia & consensu. In institutione
verò vel post possint præstare juramentum
Patronis ratione temporalium, prout eis
competit. Quòdque præsentatus & præ-
sentandus hujusmodi ab alio quam ab Or-
dinario, cui de jure competit, in Ecclesi-
parochiali se institui nullatenus patiatur;
nec ex quo per Ordinarium institutus fue-
rit vel admissus, beneficium dimitat hujus-
modi non petita ipsius Ordinarij licentia
vel consensu, vel nisi alia sufficiens causa
subsit, legitima, probabilis, & honesta.

¶ d

*Vt Ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ in talliis
& exactionibus secularium per
Ordinarios defendantur.*

C A P. X L.

ITEM quòd Clerici & Hospitalia & Ecclesiæ à talliis & exactionibus quas domini temporales faciunt, etiam ratione possessionum temporalium, necnon & in patrimonialibus Clericorum solutorum, secundùm leges & canones defendantur per Ordinarios nimis hactenus super hoc negligentes, ne paulatim totum usurpent temporales domini in præjudicium & ener- vationem ecclesiasticæ libertatis.

*Vt Clerici macellariorum & tabernariorum of-
ficia personaliter exercentes, moneantur ut
a predictis desistant officiis, si gaudere vo-
luerint privilegio clericali.*

C A P. X L I.

ITEM cupientes Clericos, in Domini sortem electos, sic professionis viam, quam elegerunt, modestè servare, quòd respicientes retro negociationes non exerceant ecclesiastico statui minimè con- gruentes, ac attendentes quòd dignum existit ut qui similem cum secularibus vi-

B b iiij

392 CONCIL. AVENIONENSE.
tam suscipiunt, similem sentiant in legibus
disciplinam, auctoritate præsentis Concilij
ordinamus quòd nos Archiepiscopi &
Episcopi per nos & Officiales nostros infra
mensem sub obtestatione divini nominis
omnibus Curatis nostrarum civitatum &
diocesum districtè præcipiendo mandamus
quòd ipsi omnes Clericos solutos & conju-
gatos carnificum seu macellariorum aut ta-
bernariorum officium publicè personaliter
exercentes, sub excommunicatione infra
mensem à tempore publicationis hujusmo-
di statuti certificati in scriptis specialiter
debeant nobis seu nostris Officialibus inti-
mare. Quia intimatione & informatione re-
ceta, nos sine moræ dispendio per nos aut
Officiales nostros prædictos ad monitionem
nominatam faciendam & alia conten-
ta in constitutione Viennensis Concilij su-
per hoc edita exacta diligentia proceda-
mus.

*Ne questæ vel aliae exactiones per seculares
Hospitalibus imponantur.*

C A P. X L I I.

IT E M quòd domini seculares vel qui-
cunque alij, cujuscunque gradus, di-
gnitatis, seu conditionis existant, Hospi-
talja usibus pauperum deputata occasione

cavalcatarum, talliarum, questarum, & aliarum illicitarum exactionum, quocunque nomine appellantur, nec onerare nec molestare præsumant. Alioquin, si requisiti, desistere & emendam præstare noluerint, vel si de cetero contra fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurant.

Ne laici prætextu alicujus statuti prohibeant Clericos extrahere blada de terris ipsorum.

C A P. X L I I I.

ITEM cùm statuta secularium Ecclesiastis aut personas ecclesiasticas non astringant, statuimus ut seculares, cujuscunque dignitatis, conditionis, aut status fuerint, qui prætextu statuti ne bladum extrahatur de terra, castro, vel villa, vel quod certo pretio vendatur, invitos Clericos aut ecclesiasticas personas astringere, maximè cùm ipsi non habeant aliunde forsitan unde vivant, aut super angariis vel parangariis aut aliis quibuscunque, cùm nec in eis nec in eorum bonis aliquam habent potestatem, contraire præsumpserint, excommunicationi subjaceant ipso facto; & locus ubi hoc per dominum loci vel universitatem ejus aut eorum convenientiam vel permisum attentatum fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto, nisi mo-

394 CONCIL. AVENIONENSE.
niti infra mensem emendaverint, & de
perpetratis satisfactionem exhibere studue-
rint competentem.

*Vt domini temporales non impedian vel pro-
hibeant quod minus Ecclesiarum Rectoribus
decimæ persolvantur.*

C A P. X L I V.

ITEM quod domini temporales, Baju-
li, seu Officiales ipsorum Clericos &
Ecclesiarum Rectores non impedian quo
minus decimæ ipsis, prout ad eos per-
tinent, per parochianos suos præstentur
fideliter & solvantur, non impedian, nec
eisdem parochianis inhibeant quod non
solvant. Alioquin, si contra fecerint, ex-
communicationis sententiam incurvant ip-
so facto.

*Ne statuta & ordinationes fiant super decimi,
funeralibus, oblationibus, & aliis, contra lau-
dabiles consuetudines & Ecclesiæ libertates.*

C A P. X L V.

ITEM quod laici, cuiuscunque gra-
dus, dignitatis, vel conditionis exi-
stant, vel universitas statuentes & ordinan-
tes in se vel inter se, vel præconisari facien-
tes, vel subditis suis mandantes quod non
præstent decimas Ecclesiis, vel non offe-

E.
& de
duue.

el pro
ribus

Baju-
cos &
t quo
pert-
tentur
t, nec
d non
ut, ex-
ant ip-

decimis,
tra law-
ertatei.

ie gra-
nis ex-
ordinan-
facien-
od no-
n off-

CONCIL. AVENIONENSE. 395

rant, vel in ultimis voluntatibus quicquam relinquant eis vel Rectoribus earundem, vel quod laudabiles consuetudines Ecclesiæ in spiritualibus vel aliis infringant vel alias non observent, vel aliud æquipollens directe vel indirecte, tacite, vel expressè, vel aliud quomodolibet injungentes, ipso facto excommunicationem incurvant: à qua antequam emenda competens fuerit præstata, minimè absolvantur; universitas autem ecclesiastico subjaceat interdicto.

De societatibus, colligationibus, & conjurationibus, quas confratrias appellant, radicibus extirpandis.

C A P. X L V I.

ITEM quia in quibusdam nostrarum provinciarum partibus nobiles plerunque, & interdum alij, colligations, societas, & conjurations faciunt tam canonibus quam humanis legibus interdictas, semel in anno sub confratriæ nomine se in loco aliquo congregantes, ubi congregations, conventiculas, & colligations, & pacta juramento vallata ineunt quod se adversus quoscunque, praeterquam dominos suos, adinvicem adjuvent, & in omni casu unus alteri det consilium, auxilium, & favorem, & interdum se omnes veste consi-

396 CONCIL. AVENIONENSE.
mili cum aliquibus signis exquisitis vel characteribus induentes, unum majorem inter se eligunt, cui jurant in omnibus obediens, ex quibus justitia offenditur, mortes & deprædationes sequuntur, pax & securitas exulant, innocentes & inopes opprimuntur, & ecclesiasticæ personæ, quibus tales opidò sunt infesti, in personis, rebus, juribus, & jurisdictionibus injurias diversas & damna plurima patiuntur; Nos volentes iis ausibus pestiferis & conatibus perniciosis exemplo occurrere, & de remedio possibili providere, & à peccato subditos nostros, prout pastorali incumbit officio, cohibere, auctoritate præsentis Concilij omnes conventiculas, colligationes, societates, & conjurationes, quas fraternitates vel confratrias appellant, ab olim factas per Clericos vel laicos, cujuscunque gradus, dignitatis, status, vel conditionis existant, necnon prædictas conventiones & ordinationes & pacta inter eos habita, irritamus & dissoluimus & cassamus, & cassas & cassa irritas & irrita nuntiamus; decernentes omnia juramenta super observandis prædictis præstata aut illicita aut temeraria, & nullum teneri volumus ad observantiam omnium præmissorum, à quibus juramentis eos etiam absolvimus ad cautelam, ut tamen pro incauto juramento vel

sacramento à suis Confessoribus pœnitentiam recipiant salutarem ; auctoritate prædicta prohibentes eisdem sub excommunicationis poena , quam venientes in contrarium, postquam præsens statutum in Ecclesiis quarum parrochiani existunt fuerit per duos dies dominicos publicatum , incurrire volumus ipso facto , quod occasione prædictarum colligationum , sociatum , conventionum , juramentorum abinde inantea simul non convenient , hujusmodi confratrias non faciant , alter alteri non obediatur , nec præstet adjutorium vel favorem , nec vestes signa rei jam damnatae præbentes deferant , nec se Confratres , Piores , vel Abbates prædictæ societatis appellant ; quinimo infra decem dies à tempore dictæ publicationis unusquisque alios , quantum est in eo , à prædictis juramentis absolvat , & se nolle esse de prædicta societate ulterius publicè protestetur . Prohibemus etiam quod amodo tales conjurations , conspirationes , conventiculæ , etiam sub nomine confratriæ , non fiant . Alioquin & de facto attentatas cassamus & irritamus , & facientes & attentantes excommunicationi à qua nisi per Concilium provinciale præterquam in mortis articulo nullatenus absolvantur , volumus subjaceat . Per hoc autem confratrias olim in ho-

398 C O N C I L . A V E N I O N E N S E .
nore Dei & beatæ Mariæ & aliorum san-
ctorum & pro subsidio pauperum introdu-
ctas , in quibus conjurations & juramenta
non interveniunt hujusmodi , non intendi-
mus reprobare.

*Vt Clerici præter diocesani licentiam Ecclesiam
non muniant, nec ibi armatos tenere
præsumant.*

C A P . X L V I I .

IT E M prohibemus sub poena excom-
municationis , quam ipso facto contra-
rium facientes incurant , ne Regulares aut
etiam Clerici seculares ad muniendas Ec-
clesias vel ipsarum jura indebet occupan-
da præter diocesani cui subsunt Ecclesia
vel ejus locum tenentis licentiam vel man-
datum arma portare vel armatos ducere
vel tenere vel receptare de propria dioecesi
vel aliena præsumant.

*De Clericis arma portantibus, & qualiter
puniantur.*

C A P . X L V I I I .

IT E M statuimus ut nullus Clericus ar-
ma deferre præsumat absque illius cui
competit licentia speciali , nisi in casibus a
jure concessis. Qui verò contra hoc fecerit,

præter id quòd armorum amissione mul-
tabitur, si de nocte portaverit, decem li-
brarum, si de die, centum solidorum pœ-
na monetae currentis irremissibiliter fe-
riatur.

*De honestate Clericorum circa barbam non nu-
triendam & coronam debitam deferendam.*

C A P. X L I X.

INSOLENTIAS Clericorum, quæ
tam ex inordinato habitu quam ex
gestu deformi dissolutiones ridiculas
non solùm gignunt in Clero, sed apud
ipsoſ laicos indevolutionem pariunt, &
exempla scandalosa producunt, com-
pescere cupientes, statuimus quòd omnes
Clerici, cujuscunque status aut conditio-
nis existant, coronam rotundam deferant
non nimia parvitate notandam infra octo
dies ex quo illam receperint, & à barbis nu-
triendis, postquam ad tempus rasuræ con-
gruens pervenerit, ut præfertur. Quam
tonsuram singulis mensibus, nisi ex justa
causa id facere distulerint, qua cessante ad
hoc illos arctari volumus, radi facere te-
neantur. Quòd si præmissa non fecerint,
beneficia in nostris provinciis seu dioceſi-
bus obtinentes pœnam centesimæ partis
fructuum beneficiorum hujusmodi, quo-

400 C O N C I L . A V E N I O N E N S E .
tiens defecerint in præmissis , valore tamen
ipsorum fructuum juxta taxationem deci-
mæ , quoad hoc attinet , æstimato , ipso
facto incurant . Quam centesimam si oc-
cupaverint vel sibi appropriaverint , tam-
diu sint ab omni fructuum prædictorum
beneficiorum perceptione & ipso jure sus-
pensi , donec integrum ejusdem centesimæ
partem semel vel pluries commissæ restitu-
tionem Ordinariis suis fecerint seu emen-
dam . Clerici verò soluti beneficia non ha-
bentes , in clericali tamen statu viventes ,
quotiens contra præmissa fecerint , in pœ-
nam XII . denariorum monetæ currentis
incident ipsò facto , in usus pios Ordinario-
rum arbitrio convertendam .

*De honestate Canonicorum secularium & di-
gnitates habentium in vestibus deferendis.*

C A P . L .

IT E M statuimus quòd in nostris pro-
vinciis seu diocesibus omnes Canoni-
cathedralium & collegiatarum Ecclesia-
rum , necnon Rectores , perpetui Vicarij ,
ac Capellani Curati parochialium Eccle-
siarum præsentes & posteri , videlicet Ca-
nonici in dignitatibus seu personatibus
constituti in Ecclesiis & civitatibus , alij
verò Canonici in Ecclesiis , ac Rectores ,
perpetui

CONCIL. AVENIONENSE. 401
perpetui Vicarij, & Capellani Curati, in
iuis Ecclesiis & parrochiis vestes superiores
clausas non nimia brevitate notandas cum
manicis decentibus longis pariter & rotun-
dis habeant, cum capuciis seu capsanis vul-
gariter appellatis notabiliter non apertis
aut magnis, videlicet tam præfati Cano-
nicitam dignitates seu personatus habentes
quam etiam non habentes postmodum &
aliae suprascriptæ personæ post unum an-
num à tempore publicationis statuti hujus-
modi numerandum astringantur portare
præcisè. Quòd si præmissa facere negle-
xerint, vestibus quas contra præsens statu-
tum portaverint, sint ipso facto privati:
quas etiamsi requisiti non tradiderint Or-
dinariis per ipsos in pia opera converten-
das, illi qui distributiones percipiunt, eas,
quandiu dictas vestes tradere distulerint,
perdant etiam ipso facto. Quarum quidem
distributionum medietas Capitulo, & alia
medietas Ordinarij arbitrio præfatis ope-
ribus applicetur. Aliæ verò personæ præ-
dictæ, quæ distributiones non recipiunt,
ipso jure vestes amittant in usus quocun-
que præmissis per Ordinarium conver-
tendas.



Cc

*Vt ij qui in Capitulis vocem non habent, cum
habentibus se non ingerant, nec ad distri-
butiones que dantur in Capitulo Capitulan-
tibus admittantur.*

CAP. L I.

IT E M cùm nullus cathedralis vel col-
legiatus Canonicus, nisi subdiaconus,
nec etiam habentes dignitatem, persona-
tum, præbendam, vel officium certum re-
quirens ordinem, nisi in illo sit ordine con-
stitutus, vocem de jure in Capitulo ha-
beant, etiamsi eis ab aliis deliberare conce-
datur; statuimus inhibentes ne prædicti
vocem in Capitulo non habentes cum vo-
cem habentibus, quando ipsi tenent Ca-
pitulum, se nullatenus ingerant, nec per
alios admittantur etiam ex causa videndi
audiendi, vel sciendi quæ per tenentes Ca-
pitulum dicentur, tractabuntur, ordina-
buntur, vel etiam statuentur, nec distribu-
tionibus seu emolumenis, quas tenentes
Capitulum pro interessendo Capitulo re-
piunt, de consuetudine vel statuto quic-
quam recipient prædicti vocem in Capitu-
lo non habentes. Quòd si contra præmissa
fecerint aut aliquid præmissorum, sint per
mensem à perceptione fructuum beneficio-
rum suorum, quæ in illa Ecclesia obtinen-

C O N C I L . A V E N I O N E N S E . 403
& distributionum ipso facto suspensi. Qui
si de iis quicquam percepient durante sus-
pensione prædicta , duplum Capitulo in-
fra sex dies reddere teneantur. Quod si
non fecerint , duret dicta suspensio donec
duplex solverint supradictum. Quacunque
concessione , donatione , remissione , vel
gratia contra hoc nullatenus valitura.

Vt Canonici , præsertim dignitates habentes ,
per duos menses in Ecclesiis suis residen-
tiam annis singulis facere personaliter te-
neantur.

C A P . L I I .

I T E M quod omnes Canonici , & ma-
xime dignitates , personatus , vel offi-
cia in cathedralibus vel collegiatis Eccle-
sias obtinentes , præsentes & futuri , te-
neantur annis singulis per duos menses in
dictis Ecclesiis residentiam facere persona-
lem , quoctunque statuto vel consuetudine
contraria non obstante. Quam nisi fece-
rint , ex tunc omnium fructuum & obven-
tionum suorum beneficiorum totius anni ,
quæ in Ecclesia obtinent , quartam par-
tem secundum taxationem decimæ ipso ju-
re amittant : cuius quartæ medietas Capi-
tulo , alia verò medietas fabricæ vel aliæ ne-
cessitati Ecclesiæ ad arbitrium Episcopi aut

C c ij

404 C O N C I L . A V E N I O N E N S E

Capituli applicentur. Quæ nullatenus remitti valeat, etiamsi Prælatus & Capitulum super hoc convenienterent. Nec super residentia facienda in duobus mensibus supra dictis valeat idem Prælatus, nisi ex causa studij, dispensare. Præmissa autem poena in longa infirmitate præpeditis, aut existentibus in obsequiis Domini Nostri Papæ vel Prælati, sive prosequentibus Ecclesiæ negotia sine fictione & fraude, aut in iis qui dispensationem obtinuerint absentandi ex causa studij, non vendicet sibi locum. Per præmissa verò, circa illos qui consuetudine vel statuto Ecclesiarum ad continuam vel majorem residentiam per se vel per alium sunt astriicti, non intendimus aliquid immutare.

Vt Canonicī p̄textu seu colore cujusvis officiū seu servitij distributiones non recipiant quas essent alias recepturi.

C A P . L I I I .

IT E M cùm laborantibus in vinea Domini diurnus denarius debeat, & negligenteribus seminare in benedictionibus messis temporalis justè debeat denegari, auctoritate presentis Concilij constitutus & etiam ordinamus ut nullus Canonicus cathedralis seu collegiatæ Ecclesiæ

CONCIL. AVENIONENSE. 405

alij Clerici perpetui beneficiati in eisdem Ecclesiis , cujuscunque status , dignitatis , aut conditionis existant , etiam prætextu alicujus officij assumpti vel etiam servitij colorati , distributiones quotidianas , quæ solis horis canonicas interessentibus dari debent , recipient , nisi in eisdem horis personaliter intersint , aut occasione dicti officij & pro negotiis Capituli utilibus omnifraude cessante fuerint personaliter occupati ; quacunque remissione , donatione , vel gratia contra hoc nullatenus valitura .

Ptū qui dignitates seu personatus habent , seu habituri sunt , infra certum tempus ad sacros ordines , prout dignitates & personatus hujusmodi exigunt , se faciant promoveri .

C A P. L I V.

ITEM quia decet illos , & ipsis incumbit , qui ad servitium altaris & Ecclesiae Domini dedicati fore specialiter dinoscuntur , si sua dignè & salubriter velint adimplere ministeria , ad sacros ordines promoveri , ne lucra amplecti avidè & humeros ab oneribus præfertim onerabilibus subducere censeantur ; nos attendentes quod nonnulli Canonici cathedralium & collegiarum Ecclesiarum nostrarum provin-

Cc iij

406 CONCIL. AVENIONENSE.
ciarum, civitatum, & diocesum, in dignita-
tibus & personatibus constituti, in pro-
priæ salutis dispendium non curaverint ha-
ctenus, quod cum displicentia referimus,
neque curant, immo potius in effectu re-
cusant ad sacros ordines, quos requirunt
dignitates seu personatus quos obtinent,
promoveri, quasi properate verisimiliter
sed damnabiliter, quod cum de Christi
patrimonio fuerint sublimati, à clericali
statu, sicut à multis factum esse compen-
tur, illis Ecclesiis retrocedunt, ex quibus
minutus est cultus divinus, & minui am-
plius ex prædicto abusu timetur, nisi super
hoc provisionis commodæ remedium ap-
ponatur. Et idcirco volentes, prout no-
stro incumbit officio, hujusmodi abusum
illusus & illusionem abusus jam nostris
subditis abominabilem, & insuper cultum
divinum non minui sed augeri nostris ope-
ribus affectantes, præsentis Concilij au-
toritate statuimus concorditer & etiam
ordinamus, utilitate & necessitate Eccle-
siarum nostrarum id summopere poscenti-
bus, ut omnes & singuli Canonici in cathe-
dralibus seu collegiatis Ecclesiis nostrarum
provinciarum dignitates seu personatus
obtinentes, vel qui in posterum obtine-
bunt, infra unum annum à die præsentis
statuti publicati, dignitates vel personatus

præsentialiter obtinentes, qui autem obtinebunt in posterum, à die adeptæ possessionis pacificæ dignitatum seu personatum hujusmodi in antea continuè numerandum, ad sacros ordines, prout dignitates vel personatus hujusmodi exigunt, se faciant promoveri. Alioquin si infra dictum tempus se non fecerint, ut præmittitur, promoveri, à perceptione fructuum & obventionum dignitatum seu personatum hujusmodi, donec ad dictos ordines sint promoti, eo ipso noverint se suspensos. Et sicut durante suspensione hujusmodi ad percipiendum fructus, redditus, seu proventus dignitatum seu personatum hujusmodi se ingerere præsumperint, dignitatibus seu personatibus sint ipso facto privati. Volumus autem quod fructus, redditus, & proventus dignitatum seu personatum hujusmodi, qui durante suspensione prædicta de dignitatibus seu personatibus recipiuntur, in utilitatem dignitatum seu personatum prædicatorum per Ordinarium & ejus Capitulum integrè convertantur.

Vt Prælati remissiones delinquentium ad invicem faciant requisiti.

C A P. L V.

ITEM statuimus quod Archiepiscopi & singuli Episcopi, & eorum Officia.

C c iiiij

408 CONCIL. AVENIONENSE.
les, Vicarij, locatenentes, & vicegerentes ipsorum, in delictis remissionem faciant, cùm fuerint requisiti. Et si is qui delinquit dicitur, de diocesi non fuerit ejus à quo remissio fieri postulatur, sufficiant sola literæ requirentis. Si verò de ejus diocesi fuerit, semiplena probatio sufficiat in hac parte.

*De excommunicatis compellendis redire ad
gremium Ecclesiae per judicem secularrem,
& appositione pœnae.*

C A P. L V I.

IT E M cùm nonnulli claves sanctæ matris Ecclesiæ contemnentes, excommunicationis sententiam non sine animarum suarum periculo frequenter diù sustineant animo indurato, statuimus ut quicunque hujusmodi sententiam per nos vel per nostras curias promulgatam per duos menses postquam noverit in se prolatam, eam duxerit pertinaci animo sustinendam, non curans modo debito absolutionis beneficium petere ab eisdem vel ab ea curia per quam fuerit excommunicationis vinculo innodatus, requiratur per eandem curiam dominus temporalis, aut ipsius Bajulus, vel judex loci ubi talis excommunicatus noscitur commorari, & moneatur at-

tentè ut infra competentem terminum ab
ipsa curia præfigendum suum subditum sic
excommunicatum compellat omnino satis-
facere super eo pro quo in eum excommu-
nicationis sententia fuerit promulgata, &
absolutionis beneficium postulare. Si verò
dominus, Bajulus, sive judex hoc non cu-
raverint efficaciter adimplere, in ipsum per
eandem curiam sententia excommunica-
tionis proferatur. Et deinde si adhuc di-
ctum subditum suum regere contempserit,
locus ille, donec ipsum compulerit, inter-
dicto ecclesiastico supponatur. Ceterùm,
ut iidem excommunicati, qui divino non
inclinantur amore ut ad gremium Ecclesiarum
revertantur, temporalis metu pœnæ ad id
propensiùs inclinentur; statuimus ut laïci
quinque, Clerici verò decem, & Presby-
teri quindecim solidos Viannensium bono-
rum pro quolibet mense quo in excommu-
nicatione prædicta permanserint solvere
teneantur, nisi propter paupertatem vel
aliam rationabilem causam memorata cu-
ria misericorditer agere voluerit cum eis-
dem. Prædictis pœnis in ornamentis Eccle-
sie seu eleemosynis ad diocefani arbitrium
convertendis.



*Ne prohibeantur Prelati jurisdictionem
suam exercere.*

C A P. L V I I.

IT E M cùm in jure cautum existat Archiepiscopos & Episcopos in totis suis dioceſibus jurisdictionem ordinariam obtinere, & in quolibet loco suarum diocesum non exempto per ſe vel per alium poſfe pro tribunali ſedere, cauſas audire ſpectantes ad forum ecclesiasticum, & perfonas ecclesiasticas, cùm earum excessus exegerint, capere & carceribus mancipare, aliáque omnia & singula ad ſua ſpectantia officia liberè exercere, & nonnulli domini temporales, judices, rectores, & officiales eorum, Deum & libertatem ecclesiasticam ſacrорumque statuta canonum offendere in suarum animarum grande periculum non verentes, perfonas ecclesiasticas, quas in diversis locis noſtrarum ciuitatum & dioceſum ac provinciarum ſuis excessibus & delictis exigentibus capi & carceri mancipari contingit, interdum de carceribus extrahunt violenter, impeſiunt quò minùs de illis & eorum delictis & excessibus per judices ecclesiasticos, ad quos pertinet, exhiberi liberè valeat iustitiae complementum; nos talium obvia-

C O N C I L . A V E N I O N E N S E . 411
damnandis ausibus jūsque servari super iis
in eisdem civitatibus & dioceſibus ac pro-
vinciis cupientes , præſenti approbante
Concilio statuimus quod omnes & singuli
temporales domini , judices , rectores , vel
officiales eorum , qui talia de cetero in eis-
dem civitatibus vel dioceſibus vel provin-
ciis præſumpferint attentare , ipſo factō ex-
communicationis ſententiam incurrant ,
eorumque terræ & loca , niſi infra decem
dies poſtquam fuerint ſuper hoc requiſiti
defiterint , ex tunc ecclesiastico ſubjaceant
interdicto , donec ſpoliatis carceribus ple-
nariè & liberè reſtitutis , ei , cujuſ jurisdictionem
ſic laſerint , emendam præſtitē-
tint condecentem.

*Ne prohibeantur directe vel indirecte Clerici
coram judice ecclesiastico litigare.*

C A P . L V I I I .

IT E M cūm nonnulli ſeculare dominium
obtinenteſ , ſeu ſeculariſ justitiae po-
tatiſ gerenteſ officium , jurisdictionem
sanctæ matris Eccleſiæ ſubvertere vel mi-
nuere exquisitiſ aſtutiis moliantur ; nos eo-
rum malitiaſ ultione canonica reprimere
cupienteſ , approbante præſenti Concilio
statuimus inhibenteſ ne quis in foro ecclie-
ſtaſico litiganteſ ſeu litigare volenteſ ſuper-

412 CONCIL. AVENIONENSE
causis merè ecclesiasticis, sive quæ adfor-
rum Ecclesiæ de antiqua & approbata
consuetudine & hactenus pacifice obser-
vata pertinere noscuntur, ad desistendum
compellat per ipsorum vel parentum &
consanguineorum seu rerum eorum vel
personarum hujusmodi captionem vel mo-
dis aliis quibuscumque. Si verò contra præ-
sumpserint, excommunicationis sententia
præsentis auctoritate Concilij se noverint
subjacere.

*Vt infra domos Prelatorum, & in eorum &
Officialium suorum præsentia, injuria
nulli fiat.*

C A P. L I X.

ITEM cùm illos quos Dei timor à ma-
lo non revocat, saltem coërcere de-
beat severitas disciplinæ, præsenti Conci-
lio duximus statuendum quod si persona,
cujuscunque conditionis, status, seu ordi-
nis existat, infra domos archiepiscopales
vel episcopales nostrarum civitatum vel
diocesum ac provinciarum, vel alibi ubi-
cunque, nos vel suffraganeos seu nostros
seu eorum Officiales causas audientes ali-
quo facto graviter vituperaverit seu inju-
riam irrogaverit, incurrat excommunica-
tionis sententiam ipso facto, & alias pu-
niatur.

*De bannis solvendis à Clericis, & per quos
& qualiter exigantur.*

C A P. L X.

ITEM statuimus sub pœna excommunicationis quod nullus dominus temporalis audeat compellere Ecclesias vel personas ecclesiasticas, vel earum familias, servientes, seu nuncios, solvere bannum seu banna pro animalibus suis quibuscumque vel personis prædictis. Et ne personæ ecclesiasticæ vel earum familiæ materialm habeant propter hoc delinquendi, statuimus ut banna quæ à laicis committentur pro fructibus alienis subreptis, vel eorum animalibus in vineis, pratis, aut possessionibus, vel defensis, inventis, eadem ab ipsis Clericis & personis ecclesiasticis, ipsarum familiis, & animalibus eorumdem, applicanda curiæ singulorum dioecanorum de cetero committantur. Volentes & præcipientes ut à Presbyteris singularium Ecclesiarum provinciarum & dioecsum nostrarum, curam habentibus animatum, banna ipsa, quotiens ea in locis ipsum committi contigerit, auctoritate cuiuslibet diocesani exigantur fideliter & levetur, eidem Curiæ per eos postmodum in singulis synodis ex integrō assignanda. Si

414 CONCIL. AVENIONENSE.
qui verò sic banna commissa solvere recu-
faverint per Presbyteros requisiti , ex tunc
ad duplicita banna eadem teneantur , &
ad ea sic duplicita solvenda per eandem
curiam compellantur. Presbyteri vero
prædicti dictæ curiæ banna hujusmodi sol-
vere recusantes manifestare procurent.
Alioquin si super hoc reperti fuerint negli-
gentes, juxta ipsius curiæ arbitrium exinde
puniantur. In civitatibus verò vel castris
alterius nostrum seu nostrorum diocefano-
rum temporali jurisdictioni subjectis per
mandatarios nostros seu ipsorum diocefa-
norum bannia prædicta exigi volumus &
levari , & cuilibet nostrum & diocefano-
rum nostrorum , prout ad nos & quemlibet
eorundem pertinuerit, restituì per eosdem.
Ceterùm super denuntiatione prædicto-
rum bannorum , cùm ab aliquo seu aliqui-
bus committentur , custodientibus sive
gardis juratis fidem decernimus adhiben-
dam. Porrò super solutione prædictorum
bannorum & emendandis talis seu damnis,
prout justum fuerit , nullum volumus ex-
cusari. Prædictum autem statutum ad per-
sonas ecclesiasticas temporalem jurisdictio-
nem habentes in locis sibi subjectis volu-
mus non extendi.

*De contrahentibus matrimonia clandestina
in dioceſi aliena.*

C A P. L X I.

ITEM statuimus quod quæcunque persona pro matrimonio clandestino celebrando diocesim suam exiverit, & ibi suum matrimonium contraxerit sine licentia proprij sacerdotis, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & ut excommunicatus vitetur & publicetur, donec ad arbitrium diocefani Ecclesiæ parochiali satisfecerit in cuius injuriam hoc præsumpsit, & absolutionis beneficium meruerit obtinere.

*De abutentibus literis Domini Nostri Pap.e &
Legatorum, & qualiter puniantur.*

C A P. L X I I.

ITEM quia sunt nonnulli Clerici & laïci qui litteris Domini Papæ vel Legatorum ejus nequiter abutuntur, idcirco auctoritate præsentis Concilij excommunicamus omnes illos qui literas obtentas alii ejusdem nominis ad abutendum tradunt, & eos qui eas recipiunt tali modo. Item qui ad loca æquivoca aliquem citari faciunt ut fraudulenter & malitiosè vexent

416 CONCIL. AVENIONENSE.
& decipient sic citatum laboribus & ex-
pensis. Item omnes illos qui per literas
Domini Pape vel Legatorum ejus personas
non comprehensas in rescriptis per excogi-
tatem malitiam , litteram ubi non est simu-
lantes , citari faciunt vel procurant ad te-
stimonium perhibendum veritati. Item
omnes illos qui literas apostolicas vel Le-
gatorum ejus contra jura ad futuras tra-
huncnt controversias , quæ nondum fue-
rant tempore impetrations exortæ. Item
omnes qui per literam ea quæ de bonis pro
suo prioratu , vel sua Ecclesia , officio , vel
beneficio impetratam ad instantiam aliquo-
rum reliquos citari faciunt cum quibus ra-
tione prioratus , vel Ecclesiae , beneficij ,
vel officij , quorum nomine est littera im-
petrata , non habent aliquid quæstionis ,
de littera post iter arreptum omnibus pra-
dicto modo abutentibus idem per omnia
statuentes , necnon de omnibus illis qui
per quascunque litteras apostolicas aliquos
citari faciunt contra quos non habent al-
iquid quæstionis , vel contra constitutio-
nem felicis recordationis Domini Bonifacij
Papæ VIII .adversarios ad remota loca no-
toriè distantia vel non insignia faciunt evo-
cari. Item Iudices , Conservatores , Dele-
gatos , & Subdelegatos , qui scienter ad loca
notoriè distantia vel non insignia partem
citare

citare præsumunt, quique auctoritate litterarum apostolicarum contra aliquem citando vel alias procedunt ad instantiam alij, si sibi constituerit illum ad cuius instantiam procedunt, eum vera re vel ipsius procuratorem esse qui in litteris apostolicis continetur. Si quis vero super rebus ad dotem spectantibus litteram apostolicam impetraverit, & illius auctoritate aliquem vel aliquos, cum quibus ratione dotis non habet aliquid questionis, fecerit fatigari, auctoritate præsentis Concilij eadem excommunicationis sententia qua superius dominati noverit se ligatum. De illis vero qui falsò se asserunt crucesignatos, cum non sint, & sic crucesignati litteras apostolicas impetrant, per quas aliquos fatigant laboribus & expensis, idem de illis qui privilegium crucesignatorum impetrant, ut sub illa forma, postquam iter arripiuerint transmarinum, & ante iter arreptum, per illud privilegium aliquos faciant fatigari, talium abusorum absolutio ne, postquam parti laesae plenè satisfecerint, suo Ordinario reservata, aliis poenis a jure statutis eis nihilominus per suos Ordinarios vel illius quem indebet vexaverint, si ibi reperti fuerint, infligendis. Hoc autem contra abusores litterarum Domini Papæ & Legatorum ipsius auctoritate præ-

Dd

418 CONCIL. AVENIONENSE.
sentis Concilij duximus statuendum, ejus-
dem sedis apostolicæ & Legatorum ipsius
auctoritate in omnibus semper salva.

*Vt beneficiati sine diocesani licentia non com-
ponant super decimis & aliis juribus
Ecclesiarum suarum.*

C A P. LXIII.

IT E M sub interminatione anathematis
prohibemus ne aliquis Rector, Vica-
rius, vel alias Clericus prædictarum Arela-
tensis, Aquensis, & Ebredunensis provin-
ciarum super decimis vel aliis juribus debi-
tis Ecclesiis parochialibus cum aliquibus
Religiosis componere audeat sine auctori-
tate diocesani, vel jus uni Ecclesiae debi-
tum alteri audeat assignare.

*Vt beneficiati res ecclesiasticas absque dio-
censi licentia, præterquam in certis casib;
non alienent. Et hoc sub certa pæna.*

C A P. LXIV.

IT E M statuimus prohibentes ne aliqui
cujuscunque status vel dignitatis ex-
stat, possessiones ecclesiasticas aut quæcun-
que alia jura immobilia alienet quo cunque
titulo in quascunque personas, cujuscun-
que status, conditionis, vel religionis, au-
dignitatis existant, sine sui diocesani confi-

CONCIL. AVENIONENSE. 419
lio & assensu, contractu hujusmodi irrito
nihilominus existente. Qui verò contra-
rium fecerit, proventus sui beneficij unius
anni ipso facto amittat in perpetuam utili-
tatem ipsius beneficij ad diocesani arbit-
rium convertendos. Addentes, quod ubi
possessiones steriles vel aliæ de consensu,
ut præmittitur, diocesani in emphytheo-
sum perpetuam concedentur, dictas in em-
phytheosim pro acapito aut pro introitu
nihil ultra recipere audeat quam valeat
census vel canon annuus vel pars unius an-
ni fructuum quæ vel qui ratione dominij
retinetur. Salvis tamen circa alienationem
hujusmodi consuetudinibus rationabilibus
hactenus observatis, quas non intendimus
mutare.

*In quo statu debeant dimitti beneficia, quando
ad aliorum manus perveniunt præterquam
per mortem.*

C A P. L X V.

ITEM statuimus quod si contingat ali-
quem aliquam Ecclesiam suam quomo-
dolibet dimittere sine morte, juxta æsti-
nationem legitimam & ejusdem Ecclesiæ
fuitates relinquat ibidem in bonis mobi-
bus quod personæ necessariæ ipsi Eccle-
sie & domui ejusdem inde possint vivere

D d ij

420 CONCIL. AVENIONENSE.
usque ad novos fructus & commode su-
stentari, & onera interim Ecclesiæ incum-
bentia supportare. & animalia aratoria,
& ornamenta Ecclesiæ, & suppellectilia
consueta; quodque successor quilibet om-
nia ornamenta ecclesiastica & universam
domus supellecstilem in pannis & aliis in illo
statu conservet & meliori, si poterit, ac
reddere teneatur, quo recipiet Ecclesiam
supradictam.

*De inventario bonorum ecclesiasticorum infa-
certa tempora faciendo.*

C A P. L X V I.

IT E M statuimus quod Priores Eccle-
siarum, & Rectores seu gubernatores
Hospitalium pauperum, & omnes alij be-
neficia ecclesiastica obtinentes, faciant in-
ventarium cum publico instrumento, vel
in Chartulario, quod penes Ecclesiam de-
beat remanere, de omnibus mobilibus &
immobilibus bonis, scilicet instrumentis,
privilegiis, vasis æneis & ferreis atque
nariis, in principio sui regiminis, infra sex
menses. Et idem faciant instituti post pri-
mam synodum infra sex menses. Et qui
prædicta non fecerit, in decima fructuum
dicti beneficij puniatur, operi vel orna-
mentis aut in utilitatem perpetuam Ec-

CONCIL. AVENIONENSE. 421
clesiae per Ordinarium applicanda.

*De testamentis per beneficiatos secundum con-
suetudines laudabiles faciendis.*

C A P. L X V I I .

ITEM statuta olim per prædecessores nostros edita super testamentis vel aliis voluntatibus per Prælatos vel beneficiatos alios faciendis ac consuetudines rationabiles hactenus in singulis provinciis observatas auctoritate præsentis Concilij approbamus, & in suo robore volumus permanere.

*De statutis, bannis, & præconisationibus con-
tra consuetudines Ecclesiæ editis.*

C A P. L X V I I I .

ITEM statuimus quod quicunque contra ecclesiasticas consuetudines antiquas rationabiles, approbatas, & hactenus pacifice observatas, statuta, banna, prohibiciones, vel præconisationes, aut præcepta scienter fecerit aut fieri procuraverit aut servari, vel facientibus vel servantibus in hoc consilium vel opem directe vel indirecte præstiterit, per diocesanos locorum aut officiales vel procuratores eorum auctoritate præsentis Concilij moneantur ut infra unum mensum à tempore monitionis

D d iij

422 CONCIL. AVENIONENSE.

hujusmodi numerandum statuta, banna, prohibitiones, præconisationes, & præcepta hujusmodi cum effectu revocare debeant, ad consimilia nunquam ulterius processuri. Alioquin excommunicationis sententia, quam in iis scriptis ex nunc in ipsos ferimus, sint ligati.

De contributione expensarum necessaria inter omnes beneficiatos dioecesis facienda.

C A P. L X I X.

IT E M statuimus quod si Archiepiscopus vel Episcopus aut aliquis Rector alicujus Ecclesiæ civitatum vel diocesum ac provincialium prædictarum expensas necessarias fecerit in Legatis & Nunciis sedis apostolicæ, expensæ illæ solvantur de communi distributione Ecclesiarum civitatum vel diocesum infra quas dictæ expensæ fuerint factæ. Et istæ expensæ semel in anno in una synodo colligantur, nisi per sedem apostolicam quæ Ecclesiæ solvere debeant fuerit ordinatum.

Vt Iudei utriusque sexus signa deferant per quæ ab aliis discernantur.

C A P. L X X.

IT E M decernimus quod Iudei masculi à xiv. annis & supra deferant extra do-

mos in superiori veste, in pectore, signum rotæ, cuius rotunditas in quantitate sit trium vel quatuor digitorum, nisi sint in viagio constituti. Mulieres autem Iudææ à XII. annis & supra carnalia deferant extra domos. Si verò Iudæi quocunque prætex- tu contra fecerint, Christianorum eis par- ticipatio denegetur. Hac eadem poena Iu- dæos decernimus compellendos ad satisfa- ciendum Ecclesiis pro decimis & oblatio- nibus de domibus & possessionibus quas noscuntur in ipsarum parrochiis possidere.

Tunc sententia interdicti servetur, cùm ab Ordinario data fuerit in mandatis.

C A P . L X X I .

IN singulis autem casibus supradictis, in quibus lata est sententia interdicti, tunc demum eam servari volumus & man- damus, cùm ab Ordinario vel Officiali seu locatenentibus aut delegato datum fuerit in mandatis. Mandans autem diligenter advertat quòd tunc demum dictam senten- tiā mandet servari, quando illius loci do- minus esset solus. Si verò plures fuerint pro indiviso dominium obtinentes, quorum aliquis recusat, aliis verò est obedire pa- ratus; tunc dominus superior, vel superiori proximus, si plures fuerint, vel ejus seu eo-

D d iiii

424 CONCIL. AVENIONENSE.
rum officiales requirantur & moneantur ut
infra unum mensēm à die monitionis inan-
tea numerandum emendam fieri faciant &
satisfactionem debitam super eis super qui-
bus dicta sententia est prolata. Quod si non
fecerint, ex tunc prædictus Ordinarius,
Officialis, vel locumtenens seu delegatus
ejusdem, dictam interdicti sententiam man-
det & faciat per censuram ecclesiasticam
firmiter observari.

*Ad Iudeos Christiani non recurrent pro medi-
cina quacunque eorum capienda, nisi
maxima necessitas immineret.*

C A P. LXXII.

IT E M quia inter Christianos non sine
catholicæ fidei opprobrio adeo inva-
luit perniciosus abusus, ut ij qui Iudæorum,
utpote nostræ inimicorum fidei, factos
actus & opera spernere & abhorrire debe-
rent, ad ipsos Iudæos, qui se Physicos &
Surgicos asserunt, pro medicamentis imo
verius nocimentis indifferenter recurrent,
propter quod eorundem Iudæorum servilis
status ultra metas erigitur, inflatur, & su-
perbit cœcitas, & ipsi fidem catholicam
parvipendunt, exinde familiaritates & con-
versationes multiplices, multorum ubique
incentivæ malorum, inter ipsos Christianos

& Iudæos prodeuntes , pluribus nefandis
sceleribus , quæ reperiuntur perpetrata ,
causam creduntur verisimiliter præbuisse ,
& darent in posterum aliis sceleribus iis for-
sitan pejoribus occasionem sive causam ,
nisi salubris provisio talibus obviaret ; idcir-
conos , quibus debet esse cura diligens per
omnia superni numinis religionem tueri ,
subditosque nostros à noxiis , quantum cum
Deo possumus , præservare , statuimus ac
etiam ordinamus ut amodo nullus Christia-
nus nostrarum provinciarum , civitatum , &
diocesum , cuiusvis sexus , status , conditio-
nis , vel dignitatis existat , in infirmitate sua
vel alias Iudæum quemcunque Physicum
vel Surgicum pro aliqua cujuscunque con-
ditionis medicina vel medicamine sive cura
recipiendis ab eodem adeat , requirat , &
requiri faciat , nec etiam ipsius Iudæi ad
eum sponte vel alias venientis aut mitten-
tis recipere audeat per se per alium quovis
exquisito colore medicinam , consilium ,
alias quam facturus fuerit sui curam , nisi
patienti immineat periculum , & Christia-
ni periti Medici , Physici , vel Surgici ha-
benti commodè in præfato periculo copia
non valeret . Interdicentes pari modo Iu-
dæis utriusque sexus ut in curandis infirmi-
tibus Christianorum nullatenus se au-
deant immiscere . Qui autem hujusmodi

statuti extiterit violator; si Iudæus fuerit,
eidem communio fidelium subtrahatur;
Christianus verò, superioris sui arbitrio
puniatur.

Cum absolutio vel dispensatio in casibus praesentis Concilij superiori non reservatur, per Ordinarium vel per illum ad quem Ordinarius remittit impendi poterit & debebit.

CAP. LXXXIII.

ITEM adjicimus quòd in casibus ubi dispensatio vel absolutio non reperiatur in ordinationibus præsentis Concilij sedi apostolicæ specialiter vel aliter reservata, Episcopi pro suæ discretionis arbitrio juxta negotij qualitatem & personarum conditionem provideant & dispensent, aut pro reconciliationis & absolutionis seu dispensationis remedio remittant culpabiles ad suum vel aliquem alium de prædictis Metropolitanum, de quo sibi magis expidere videbitur, & sicut illius saluti, de cuius agetur excessu, pensatis tam negotijs quam personæ circumstantiis, magis crediderint opportunum.

IN QUORUM omnium fidem & testimonium nos Gasbertus Arelatensis, Bertrandus Ebredunensis, & Armandus Aquensis Archiepiscopi supradicta statuta

CONCIL. AVENIONENSE. 427

publicari mandavimus in dicto provinciali Concilio & sigillorum nostrorum appensione muniri ad majorem rerum firmitatem & certitudinem pleniorum. Et nos siquidem Petrus Aurasicensis, Hugo Tricasteriensis, Iacobus Tholonensis, Hugo Carpenteratensis, Iohannes Cavallicensis, Iohannes Massiliensis, Iohannes Avinionensis, Raterius Vaisonensis Episcopi supradicti, prædictorum procuratorum interveniente consensu, omnia & singula in dictis statutis contenta grata habentes & rata, ideo prædictis statutis ad majus prædictorum testimonium sigilla nostra apponi fecimus & appendi.

Actum & datum in prædicto monasterio sancti Ruffi anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo, Indictione quinta, die tertia mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini nostri Benedicti divina providentia Papæ XII. anno tertio; præsentibus venerabilibus viris Dominis Petro Basconis juris civilis Professore, Petro Gervasij Vivariensis Albiensis Ecclesiarum Canonico, Duranto Mercatore Rectore Ecclesiæ de Monte Clairano Caturcensis, Amalrico Saomine Clerico Uticensis diocesis, & Raimundo Astorgij Iurisperito Curia-

428 C O N C I L . A V E N I O N E N S E .
Montisalbanensis , & pluribus aliis testibus
ad præmissa.

Ego verò Guillelmus de Benga Clericus Agennensis diocesis , publicus apostolica & imperiali auctoritate Notarius, predictorum statutorum editioni, ordinationi, lectioni, & recitationi unà cum supranno- minatis Dominis Archiepiscopis , Episcopis, procuratoribus , & testibus præsens fui , eaque ad requisitionem dictorum Do- minorum Archiepiscoporum publicavi & in hanc formam publicam redigi , signum- que meum ante subscriptionem meam & in quibusunque conglutinationibus superius factis consuetum apposui in testimonium veritatis.

F I N I S .